
Costo 6 Reales

CLAVDII PTOLEMAEI

PHELVDIENSIS ALEXANDRINI
ALMAGESTVM SEV MAGNAE CONSTRVCTIONIS
MATHEMATICAE OPVS PLANE DIVINVM
LATINA DONATVM LINGVA
AB GEORGIO TRAPEZVNTIO VSQVEQVAQ.
DOCTISSIMO.
[redacted]. DIVINAE
MATHESEOS PROFESSOREM EGREGIVM
IN ALMA VRBE VENETA ORBIS REGINA
RECOGNITVM
ANNO SALVTIS M D XXVIII LABENTE



Chauc.

Corregido con Comission de los S.res Inquisidores segun el Indice del año de 1707.

fr. Ant.o Blanca

PROHAEMIVM

AD SANCTISSIMVM DOMINVM SIXTVM PON. MAX.

ANDREAE TRAPEZVNTII GEORGII FILII IN

PATERNAM ALMAGESTI PTOLEMAEI

TRADVCTIONEM PREFATIO.

EVOLVENTI MIHI NVPER LIBROS
Patris mei Georgii Trapezuntii uiri optimi/& omni
doctrinarum genere insignis/Beatissime pater/obtu
lit se magna illa Ptolemæi compositio: Quã alma/
gestum uocant ab eo in latinum e Græco conuersa.
Sed inimici factione atq; odio ex inuidia conflato
nondum emissa: quã (ut attigi) statim percussit ani/
mum acerbus ille & pene sopitus ac euulsus do//
lor uetustate. Qui omnem mihi ueterem calamita/
tem atq; miseriarum acerbitatem cumulum q; reno/
uauit. Nam fœlicissimum illud trapezuntii ingeniũ
uitaq; omnis Sanctissime acta laboresq; sui & studia
pro cõmuni eruditione sponte suscepta/quo tempo
re fructu aliquo recreari debebant/in eo perditissimæ animorum declarationes/ac in
iuriarum moles/ab his/quos summis beneficiis deuinxerat/extiterunt. Nõ enim eos
reliquis in artibus peruagata Iam trapezuntii fama/eruditorum consensu celebrata
adeo sollicitabat. Sed Ptolemæi operis omnium difficillimi eiusq; minime cogni/
ti splendore plurimum agitabat. Cum trapezuntiana industria in gloriam nominis
sempiternam/latinis hominibus Tum primum refulgeret: Atq; cum ipsi & literarũ
ubertate & ingenii acumine doctis illa ætate uiris pstare se arbitrarẽtur: ea uero con
uersione ab uno Trapezuntio Se facile superen uiderent: omne eorum studium fa/
ctionemq; omnem ad acerbissimas in eum uexationes cõportarunt. Ita partim sua
ipsi potẽtia Partim Mercendariorum conductu/non libros Trapezuntianos obrue/
re modo cupierunt. Sed communem quoq; illum innocẽtissimi hominis spiritum
de hominum genere optime meritum per sũmum scelus omnibus psidiis interclu/
sis eripere tentauerunt. Quorum compresso odio ex inuidia collecto iam erumpen
te nisi in articulo tẽpons concidere Maluissemus/a ceruicibus nostris furorem illum
Scythicum omni ratione depellere oportuit. Has inuidiæ tempestates per potentes
inimicos concitatas. Diuus ille Alfonsus/Regum omniũ (quos psens omnium me/
moria longius repetere potest) Præstantissimus/cum accepisset Statum Trapezunti/
um per literas ad se/Neapolim cõmune doctorum refugium Portumq; tutissimum
accersiuit/Et desponsa in annos singulos non mediocri pecunia/comiter benignæq;
suscepit. Tot igitur tãtisq; calamitatibus & familiæ cura oppressus dilaceratusq; Tra
pezuntius/Traductionem ipsam plurimis annis elaboratam compressit. Cuius edi/
tio ab eo exirnebatur/ut remissa aliquando uel secessu inuidia/uel humanitate sopi
ta/uel uetustate consumpta sua tandem cum Animi tranquillitate & fortunarum re
integratione nostris hominibus diuulgarerur sed decurtata/potentis inimici factio/
ne uita/Morte Antea preuentus est q̃ inscribere quæq; posset. Quo mortuo uaria ipe
rei familiaris cura distractus nõ adhibere in libri dicationem omnium potui. Sed cũ
iam omnis ea sollicitudo studiumq; huiusmodi deferbuisse uideatur: Conuerti me
tandem ad literas longo interuallo reuocatas: Atq; quotidiano conuicio hominum
qui a me hoc Munus non postulabant/Sed efflagitabant/non sum passus debere diu
tius Quin iam iã attrectandũ eis retinendumq; dimitterem: Cum sepe igitur diuq;
ipse mecum cogitarem Cui potissimum id laboris dedicarem unus Tu ex omnibus
principibus/Quos nostra ætas Alit dignissimus occurristi/Cui paternas uigilias Me/
rito desponderem/Digna enim mihi uisa res est & summo certe digna Pontifice: Vt

hæc Cœlestium corporũ inferiora turbantium Diuina Ptolemæi demonstratio tibi
inscriberetur: Qui humanarum rerum omnium pariter & diuinarum Pontificatũ
inieris/Tuæ uirtutes tum singularisq; religio ac pietas tanta/Quanta dei optimi Ma
ximi Vicarium decet/eam tibi dignitatem Iam pridem promittebat:ad quam Cœ/
lestium contemplationum uidetur dedicanda esse doctrina. Q đ si uel totius Philo
sophiæ/uel actionis uitæ/uel præclarissimarum tuarum laudum gloria mihi nunc
non explicanda/Sed recēsenda esset/omnibus liqueret profecto/naturam ipsam Te
unum ex oibus delegisse: In quo ornando omnes suas uires dotesq; suas oēs effun/
deret. Ea enim in te bonitas est/is fidei cultus/ea iustitia/id religionis studium/ea de
niq; sanctimonia ut cum nullus Tibi non antefem sed ne comparari quidem pos/
sit. Video te in horum temporum fœlicitatem diuinitus Pontificem Maximum es/
se declaratum qui tua singulari uirtute propeq; diuina/Solus effecisti/ut dum omni
um honorum genera spemeres: omnium tamen dignitatum culmen pro summis
tuis uirtutibus adipisceteris ut non ad sũmmam Imperii maiestatem Ambitionum
studio/Sed cunctis Apostolici Senatus suffragiis: omnium Præterea Gentium atq;
populorum consensu & desiderio uocauere/quo quidem tuo facto/Cœteris ad uerá
uirtutis laudem aspirantibus diuinum imitandi tui exemplum præscripsisti: atq; ad
dignitates sectandas easdemq; pure Casteq; Adipiscendas uiam formamq; contuli
sti/At cum singulare illud tuum ingenium ad Veritatis studiũ contulisses/omneq;
tuæ uitæ tempus ad rerum diuinarum rationes exquirēdas transmisisses/breui adeo
tempore omnem Philosophiæ ac Theologiæ cognitionem absolutissime atq; lo/
cuplentissime hausisti/ut neq; nostra neq; maiorum nostrorum ætate aut ingenii ac
cumine & celeritate aut disputatione & memoria/aut subtilissimarum rerum & pœ
ne incomprehensibilium perceptione/quisq̃ tibi proxime accesserit/ quibus artibus
& disciplina apud omnes ita fama floruisti/Vt cum nihil iam tibi ad decus/Nihil ad
laudem operis superesset/quo illustrior & acceptior per omnes populos uolitares:
Vitam tamen integerrimam adiunxisti/publicam utilitatem priuato usu prætulisti.
Quæ omnia & si clarissima in te uno fuerunt q̃ in singulis singula/ Multo tamen
fateor tua uitæ institutione fuisse clariora Atq; illa magis tua uirtute augeri: q̃ tu
ab illis auctus inueniaris: Iam uero si benignitatem/Clemētiam/ Liberalitatē/Inno/
cētiã/Magnificētiã attingere licebit: quis te ullo laudis genere præstantior/aut splen
didior inuenietur: quo uno literarũ sacrario & uirtutũ officina nō solũ Romana ec/
clesia placate tranquilleq; regitur. Sed ipsa quoq; Vrbs tuis aspiciis & meritis aucta
& illustrata pristinam dignitatem sibi restitutam Lætatur. Quis enim non iuræ læta
bitur Tanta in te Animi Magnitudinem: Tantos erga Deorum Immortalium tem/
pla/ac in Vrbis elegantiam pecuniarum aceruos esse profusos. Cum hæc tua edifi/
cia Studio singulari/Splendore admirabili/ Multitudine infinita/Tam celeriter &
expleueris & inornaueris: qui plura breui Tempore Magnificentius effeceris/q̃ cœ/
teri memoria nostra Pontifices in tam rerum diuturnitate affecerint. Testis est Diui
Petri Aduincula in ueteri curia Templum parietibus & Sarcto tecto in admirabilem.
Iocunditatem sumptuoso opere exedificatum: Testis ipsa duodecim Apostolo/
rum Ecclesia diruta antea. Nunc tua ope ad amplitudinem Mœcenatisq; operis
Splendorem reuocata. Testis Terræ Cœliq; moderatoris diui Petri Basilica Quæ
tuo ductu & Impensa auro irradiatur. Et elegantiore Ornatu illustrata circunspici/
tur. Testis Diui Stephani & Vitalis/reliquorumq; deorum ædes & delubra/Vrbis eti
am solitudine obsoleta/Tua unius opera & impensa Locata/Collocupletata &
Ornatiora q̃ erant in hominum oculis collocata/Testis sacrarium illud Matris Dei
ad portam flamineam/nouo opere fornicibus Marmoratis instructum. Cuius adi/
tus diuini numinis religionem: immo Religionem ipsam prefefert. Pontem ue/
ro illum tuum fœlicibus auspiciis excitatis ab aqua fundamentis: Murmuri Tiberi/
no impositum: adeo Tiburtino lapide præstantem/ut tanta mole nihil Antiquita/
ti remittatur: Cum non Ianiculum modo ipsum: uerum Vrbs tota & artificio &
impensa & utilitate illustretur. Quis satis digne efferre poterit: præsertim cum
Valentianum Pontem Ianiculum & Vrbis insulam continentem tantopere ante/

cellat⁹ Valitudinariam uero illam sancti spiritus/hospitalemq; egrotorum sedem cottili latere ad Tyberis ripam tam elegantissime atq; lautissime ædificatam: qua nihil ad usum melius/ad speciem pulcrius: ad gloriam diuturnius desideratur: Quantam tui animi amplitudinem/Misericordiam/Caritatemq; denotat? Sed quid ego aut uiarum descriptionem/aut arearum laxitudinem/aut edificiorũ & templorũ totius urbis splendorem iam suæ uetustatis amplitudinem ac suauitatem agnoscentis pluribus exequar/aut singula memorem? cum ipsius ciuitatis urbs tota/tantam eiusmodi in reb⁹ profusionem ac studium tuum in primis adeo circumferat/ut deformata antea nunc per te luculentissime exornata/non lætari modo de tuo pontificatu/Sed gestire prope omnibus uideatur: & quo diuturnius id ẽt in hac summa tranquillitate pacis & otii per te fit/diis præsidibus ac omniũ rectori & moderatori deo pientissime cõprecatur/Ad hanc igitur tui gloriam recognoscendam & litterarum monumentis immortalitati cõmendãdã/ omnes qui grati esse uolent/quicqd studii ab eis impendi poterit/Nauare operam pro uiribus debẽt/ne officio in te suo/& quidem cum uitio defuisse uideantur/qui si cui uel facultas defuerit/uel tempora denegauerint/uel domestica cura retardauerit/uel ratio alia traduxerit/nihilo tamẽ minus uoluntate & mente quæ bono cuiq; præsto est: referre tibi pro benemeritis gratias debet/Ego uero ne in quo cæteros commoneo accuser ipse: & ne longi⁹ mea uagetur oratio/ad officium tandem reuertar meum: ¶ Alexandriam pater beatissime Ptolemæi nostri urbem: totius prouinciæ ægypti opulentissimam sedem maxime claruisse ferunt: Quæ tametsi rerum omniũ iocunditate & Vbertate abundaret: conditorisq; sui nobilitate urbes omnes anteiret/liberalium tamen artium studio & doctrina deflorescente: in grætia adeo floruit/ut uel ĩ medicina is doctior haberetur qui Alexandriæ operam se dedisse fateretur/Multos tulit ea Ciuitas doctissimos homines gloriæ celebritate a scriptoribus exornatos: Aristarchũ/ grammaticũ: Herodianum: Dydimum: Amenium: Stoicum: Antipatrum: Diogenem: Archelaũ: Diodorum: morum etiam grauitate ac uita Antenodorum Cæsaris præceptorem: & alterum quem Cordylon appellant: qui cum Catone & uixit diutissime & apud eũ placidissime functus est uita/Nestorem item achademicum Marcelli Octauiq; Pedagogum/Cum plures præterea alios in omni doctrinarum genere perfacũdos: & eruditos/sed bona omnium uenia dixerim/eduxit (Antonino imperante) hunc Ptolæmæũ Regia stirpæ Oriundum/ omnium sane philosophorum quos illa aluit & litteris & ingenio & uirtute facile principem. Qui cum in Cleopatram Ptolæmeorum regnum sub octauiano redacta in prouinciam ægypto desisset: priuatus ipse/regio tamen animo & ingenio non ad sordida artificia/non ad uitam desidiosam/nõ ad secessum in solitudinem se addixit/uerum in illo tunc celeberrimo Alexandrinæ urbis gymnasio haud obscuris facultatib⁹: totum se ad litteras contulit/atq; in primis in philosophia præclara humanæ societatis parente/Auctore illo suo naturæ interprete Aristotele contenta/deinde in mathematicis disciplinis (quibus uagantia Cœlo sidera cognoscuntur) & quibus succurrẽdum uidebat: plurimum insudauit etatẽq; omnem contriuit/nam quom ipso ueri inuestigandi amore raperetur/uideretq; cælestia corpora in hoc corporato & aspectabili mundo/agitatione continua: & dispari fluitante nunquã uariari supera illa complexus est: quæ ratis ordinibus/ immutabilisq; constantia/& certitudine demonstrationis rectissime cognoscuntur/atq; perfectissime sciuntur: ubi perpetuorum corporum interualla/magnitudines: conuersiones/anfractus uarii multiplicesq; naturæ: perinde animo & ratione cernuntur: atq; illa quæ oculis subiecta perspiciuntur/ut uiuere in terris homines: & cum diis ipsis in tanto diuino Cœli ornatu uersari uideantur/quarum cælestium rerum Motuumq; scientiam prisci illi exquisito ingenio uiri agitatione certa Et ueritate commoti: & primã omnium quesiuerũt & omnium ultimã inuenerũt/Expleuit uero & penitus absoluit Ptolemæus unus omniũ doctissim⁹ & ingenii subtilitate usq; eo acerrimus/ut in astrorum speculationem e naturæ sinu/naturam ipsam

exorserit/prouocauerit/incertamenq; deduxerit: is enim solis lunæq; Magnitudinē uolutiones/Proportiones/incrementa detrimentaq; satis a maioribus cōmode tradita extitissent. Errantium uero fixarūq; stellarum ratio: & motus nō institutis certis & doctrina/Sed instrumentis etiam ab Hiparco perquisitis non ratam & perpetuā demonstrationis uiam afferre uoluit/hunc quoq; parti homo non sibi sed aliis natus ita consulere/quo deinceps nihil ad astrorum consumationem/disciplinæ esset amplius a quoq; postulandū/itaq; his suis libris ambitus/stationes/Cursusq; siderū/ac eorum motum omnem & statum (res profecto cognitu dignas omniumq; difficillimas) subtilissime agressus inuestigauit/recte ab aliis inuenta comprobauit/deprauata correxit: ut solus de admirabilitate Cælestium rerum nullis angustiis aut concissis disputationibus illigatus commodissime scripserit/acute enodauerit/cumulatissime satisfecerit/Atq; eam disciplinam Græcis hominibus quos nondum ea Cælestis scientiæ gloria attigerat: non ipsius scientiæ terminis: sed sui ingenii finibus absolutissime importauerit. & cum nihil diminuti: Nihil superuacui/nihil præter rem/ab eo scriptum sit. Nullus ad eius inuenta & scripta potuerit aspirare/Harum igitur tantarum maximarumq; rerum momenta & rationes græcis litteris ab eo explicatas/A Patre autem meo (ut diximus) in eius tantis calamitatibus latinas editas/tuæ sanctitudini despondeo/ut sub tui numinis tutela consecratæ ardorem inuidiæ restinguāt & in cōmunē utilitatem propter quam tanti labores suscepti sunt: felicibus tuis auspiciis diuagentur: Ac si quando tibi ab hac rerum omnium procuratione & mole/animū uendicare recreareq; licuerit: Possis nouo hoc opere/numeris lineisq; interstincto diuinum Ptolæmei ingenium diuinis in rebus cognoscere/Quamobrē si labores nostri a tua sanctitate probabunt. Enitar profecto reliquis Trapezontianis libris nondum cuiq; inscriptis/Mea in te pietate/rursus tuorq; in nos meritorū ratione presentibus posterisq; constare: Qui si præacceptis beneficiis partem gratiam referre non potero: id saltem quod implere possum profiteor & repromitto: Nullū silicet susceptorum beneficiorum officium apud me inter moriturum/quorum magnitudinem memoria colā sempiterna. Accipiat ergo tua sanctitudo benigne (ut solet) opus multis lucubrationibus a patre meo elaboratum/quod & si aliquibus pro tua pōtificia dignitate non dignum fore uidebitur Tui animum Tamen offerentis & abditarum scientiam rerum his euoluram libris minime abs te aspernari scio non enim hominib9 crimini aut fraudi fuit Deum immortalem sannis uasis/cultuq; tenuissimo coluisse: & simul me non præterit Magnum illum Alexandrum/Antigoni Arthaxaxem offerentis studium magnopere comprobasse.

TABVLA

HAEC SVNT QVAE IN ALMAGESTO SEV.XIII.LIBRIS CLAVDII PTOLAEMEI MATHEMATICAE CONSTVCTIONIS HABENTVR.

LIBER PRIMVS

LIBER SECVNDVS

LIBER TERTIVS

¶LIBER QVARTVS

LIBER QVINTVS

¶Empedocles duplā esse a terra ad ☽ distantiam asseruit
Quidā uero mathematici diligentius ꝑscrutantes decies octies

Eratosthenes solem distare a Terra.308.stadioꝝ Myriadas	3080000.	Stadiorum
	385000.	Miliariorū
Lunam uero a Terra.78.Myriadas stadiorum	780000.	Stadiorum
	97500.	Miliariorū

LIBER SEXTVS

LIBER SEPTIMVS

LIBER OCTAVVS

LIBER NONVS

LIBER DECIMVS

MAGNAE COMPOSITIONIS CL. PTOLEMAEI ALEXANDRINI LIBRI A GEORGIO TRAPEZVNTIO E GRAECO CONVERSI PER L. GAVRICVM CASTIGATI

Eroptime mihi videtur
o Syre. Qui bene philosophati sunt, Speculatiuam
philosophyæ partem ab Actiua seperasse, Nam & si
actiuæ accidat parti: Vt prius speculatiua sit, Magnã
tamen differentiam in ipsis inuenies, non solũ quia
nõ nullæ uirtutes morales absq; disciplina etiã mul
tis in esse possunt: Cum speculatiuã scientiam sine
doctrina consequi impossibile sit, Verũetiam quia
maxima utilitas in altera ex sequẽti actione quæ in
ipsis rebus habetur, in altera ex progressu speculatio
num fieri solet. Hinc opus esse nobis putauimus: ut
actiones quidem cogitandi motibus sic tẽperemus,
q̃ ne in minimis quidem, cõsiderationis eius obliuiscamur: quæ ad pulchrã ordi/
natamq; mentis constitutionẽ perducat, Otium autẽ maxime ad doctrinam Theo
rematũ (quæ plurima pulcherrimaq; sũt) & precipuæ illorũ quæ propriæ mathema
tica dicunt̃ couertamus/ Cõmode nãq; admodũ Aristoteles speculatiuã partẽ i tria
rursus genera partit̃/ physicũ/ mathematicũ/ theologicũ. Nã cũ res oẽs: ex materia &
forma & motu constent/ quorũ singula quãuis minime seorsum a subiecto inspici
possint: intelligi tamẽ sine reliqs possunt. ¶ Primã quidẽ primi oium motus cau
sam siquis in sũma simplicitate accipiat: Deũ inuisibilẽ atq; imobilẽ arbitrabit̃: &
doctrinæ genus/ quod i hoc uersat̃/ theologicũ appellabit. Altissima enĩ mũdi/ actus
hic superat/ & a sensibilibus oio substãtiis separatus superi illa penitus intelligitur.
¶ Genus aũt: quo materiales qualitates quæ semp mouent̃ inquirimus: quodq; cir
ca molle ac dulce: albũ & calidum & similia uersatur, iure physicum nuncupabit.
Cum eius substantia incorruptilibus plerumq;, & sub lunari orbe inueniatur.
¶ Quod autẽ formarum progressiuorumq; motuũ naturam ostendit. Figuræ insu
per ac magnitudinis & ad hæc multitudinis, loci, tẽporis atquæ similium scientiã
scrutatur: id doctrinæ genus Mathematicum esse diffiniet. Quippe res istæ inter
duas superiores consistunt. Non solũ quia & sensu & absq; sensu percipi possunt.
Verum etiã quia omnibus simpliciter rebus tam mortalibus q̃ immortalibus acci
dunt. Cum in iis quidẽ quæ semper mutantur, fm separabilem formam cõmuten/
tur. In iis uero quæ perpetuæ nature ac æthereæ sunt/ i cõmutabilitatem formæ im
mobilem seruẽt. ¶ Quia igitur hinc intelleximus duo speculationis genera conie/
cturæ. Magis q̃ certioris sciẽtiæ nomine appellari posse. Cum theologicum in com/
prehensibile sit. Naturale autem propter instabilitatem materiæ uix percipi possit,
atq; propterea nunq̃ de ipso conuenire posse, philosophantes arbitremur. ¶ Solũ
uero mathematicũ (siquis recte ipso utatur) firmã & immutabilem scientiã affe/
ret, quoniam demonstratio, Arithmetica, Geometricaq; uia & rationæ, pcedit: qui/
bus dubitatio longe abest. Placuit huic generi pro uiribus maxime subuenire, ac
præcipue illi eius parti quæ de diuinis atq; cœlestibus corporibus est. Sola enĩ hæc
de perpetuis (quæ semper eodẽ modo se habẽt) considerat. Et propterea ipsa quoq;
potest sine cõfusione semper eodẽ se modo habere ac percipi, quod propriũ scien/
tiæ est. Ad cetera quoq; genera (nõ minus q̃ illa) ipsa cõferre uidetur. ¶ Hæc enim,
ad Theologicũ genus, uiam maxime præparat. Nã sola recte propinquitatẽ accidẽ
tiũ sensibilibus substantiis, & mouẽtibus quidẽ motisq;. Perpetuis uero atq; impas
sibilibus, motibus quoquæ ipsis motuũq; ordinibus, immobilem & separatũ actũ
intelligere quodãmodo põt. ¶ Ad naturale quoq; genus nõ parum cõducit, quũ

¶ Nam & ad theologicã scientiam hec maxime nos ducit/ quũ sola possit recte considerare imo/ bilem & inseparabilem substãtiam/ ab earum ui/ cinitate quæ sensibilibus quidẽ mouẽtibusq; ac motis, æternis uero & impassibilibus substantiis accidãt. tũ circa rõnes. tũ circa ordines motuum.

conformis totius naturalis substantiæ proprietas a progressiui motus conditionibus apprahendatur/ueluti corruptibile quidem atq; incorruptibile a recta atq; circulari/graue auté atq; leue aut passiuũ aut actiuum: ab eo quod est ad mediũ atq; a medio. ℂ Atqui ad motum actionumq; decorem hæc pre cæteris aliis/nos propter diuinarum rerum similitudinem & mẽsuram/faciet maxime perspicaces/amoresq; diuine huius pulchritudinis studiosis iniciet/& ad similem animæ statũ/quasi natura/propter speculandi cõsuetudinem deducet. Nos igitur hosce amores speculationis rerum sempiternarum continue augere uolentes. Quæ quidem inuenta hactenus sunt: ab iis didicimus qui uere ac exquisite his disciplinis inheserunt/& ipsi tantum afferre atq; addere conabimur. Quãtum fere tempus/quod iter nos & illos iterfuit/addere potest. Quæ igitur ad presens/luce clarius perspeximus/Ea omnia q̃ breuiter aperteq; (ut uel qui aliquãtulum in doctrinis prægressi sunt/siue hanc scientiam degustarunt facilius percipere possint) cõmentari & literis mandare conabimur. Verum ut absolute negotium hoc habeatur/cuncta quæ ad inspicienda cælestia conferunt serie sua exponemus. Sed ne longa nobis oratio contexatur: quæ quidẽ a priscis exacte inuenta sunt: ea breuius enarrabimus. Quæ uero uel nõdum/uel nõ cõmode tradita sunt: ea pro facultate nostra/latius exponemus.

ℂ De ordine huius doctrinæ. Cap. II.

PROPOSITI AVTEM negotii huius illud precedit: ut uniuersalem terre totius habitudinẽ ad totum cœlum perspiciamus. Particularium uero quæ deinde sequuntur: Primum est: ut de obliqui circuli situ & locorũ habitabiliũ cõsideremus: & ad hæc differẽtia q̃ i ordine pertinentes inclinationes p unũquẽq; horizõta alterius loci ad alterũ fit: Hæc enĩ cõsideratio si præcesserit/faciliorẽ ad cõsiderãda reliqua uiã præbebit. Alterũ ut de solari motu atq; lunari: & de accidentibus suis doctrinam afferamus. Nam nisi qs hæc prius tenuerit/non erit possibile stellarum percipere accidentia. Ita cum ad extremum fiat sermo de stellis. Quæ quidem ad orbem stellarum pertinent: quas fixas appellare solent/iure præcedent. Sequentur autem quæ ad erraticas quandoq; accõmodantur. Horum singula tanq̃ prĩno pũs ad inueniendum & quasi fundamẽtis usi/partim iisq; quæ perspicua apparent. Partim certis priscorum nostrisq; obseruationibus/demõstrare conabimur: & consequenter eis lineari demonstrationum uia ratiõe accõmodabimus. Vniuersale igitur quod præcedit huiusmodi est. Quod cælum sphæricũ est/& globi modo peruoluitur. Quod terra quoq; sm uniuersales suas partes accepta/quo ad sensum sphærica est atq; globosa. Situ uero in medio totius cœli/centro simillima collocatur. Magnitudine autem atq; distantia ad fixarum stellarum sphærã tanq̃ punctum se habet/nulloq; progressiuo motu mouetur. De quorum singulis pauca breuiter (ut in memoria reducatur) nobis perstringẽda sũt.

ℂ Quod sphæricum est/globiq; modo cœlum conuoluitur. Cap. III.

Cæli figuram esse sphæricam & motum eius circularem.

PRIMA igitur principia ab huiusmodi obseruatiõe ueri similiter a priscis hominibus inuenta mihi uidentur. Solem enim & lunam aliasq; stellas ab ortu semper ad occasum in æqui distantibus inter se circulis ferri uidebant/ita ut incipientes ab inferioribus quasi ab ipsa terra sursum ferãtur. Paulatimq; in altiora cõscẽdere uideatur/rursusq; proportionaliter circũuolui atq; descendere/quousq; omnino (quasi in terram inciderint) pereant. ℂ Tẽporeq; aliquo itenecto/rursũq; perspiciebãt quasi ab alio principio oriri atq; occidere: & ad hæc tempora & ad hæc ortuum occasuumq; loca similiter atq; ordine certo in uniuersum redire: sed stellarum/quæ semper cernuntur/circũuolutio quæ circa idem semper uertitur cẽtrum/ut cœlum sphæricum esse crederẽt/maxime illos compellebat. Necessario enim punctũ illud cœlestis sphære polus efficitur cum stellarum quæ ipsi centro propinquiores sunt in minoribus circulis puole

uantur. Quæ uero remotiores ſm proportionem diſtantiæ, maiores circulos faciũt, donec ad eas, quæ occidunt diſtantias ueniant, quarum etiam propinquiores illis q̃ ſemper cernuntur breuiori tempore occultari uidebant. Remotiores autem ꝓportionaliter maiore. Propter hæc igitur ſolã predictam opinionem pmo habuerũt, deinde reliqua quoq; conſequenter intellexerunt, quum omnia ſimpliciter quæ apparent contrariis opinionibus ſuo teſtimonio repugnẽt. Nam ſi quis ſtellarum motum rectæ ad infinitum ferri ſuppoſuerit, ueluti nõ nulli putarunt: quæ nam uia & quæ ratio excogitari poterit? Quare ab eodem quotidiæ initio ferri cernantur, quo enim pacto ſtellæ in ĩfinitum profectæ regredi poſſent? Aut quomodo regreſſus earum ne cerneretur. Aut quomodo magnitudines earum ita ſenſim non minuerentur. Vt tandem nullæ uiderentur. Nunc uero contra maiores quidem in ipſo uidentur occaſu & ſenſim ita occultãtur. Vt ab terræ ſuperficie ipſius quaſi obice obtegi uideantur, incendi autem ipſas a terra rurſuſq; in terram extingui abſurdum omnino atque irrationabile uidetur. Nam quis eam in magnitudinibus & quantitatibus earum in diſtantiis, locis, atq; temporibus, ſeriem, caſu & abſq; ratione fieri concederet? Præterea partem quidem aliam terræ incendendi naturam habere. Aliã uero extinguendi, Immo autem eandem aliis incendendi, aliis extinguendi, etiã ſtellarum eaſdem aliis incenſas, iam autem extinctas eſſe: alias nondum. Siquis inquã hæc omnia ridicula concederet, quid de apparẽtibus ſemper dicemus? quæ nec oriuntur nec occidunt: Aut qua de cauſa quæ incenduntur & extinguuntur non ubiq; illico oriuntur uel occidunt. Quæ uero id minime patiuntur, ſemper ſuper terram ubique ſunt. Nam eædem non poſſunt aliis incendi extinguiq; ſemper: aliis nunq̃ iſtorum aliquid pati, Aperte nãq; patet eaſdem ſtellas apud alios quidem oriri atq; occidere. Apud alios autem neutrum iſtorum facere, Et ut breuiter perſtringam quamcũq; aliam motus cœleſtium figuram preter globoſam quiſq̃ ſuppoſuerit. Neceſſe erit in equales diſtantias a terra ad ſuperiorum partes corporum fieri, ubicunq; & quomodocunq; ſitum ipſius poſueris, ut & magnitudines & diſtãtiæ ſtellarũ ad inuicẽ in equales eaſdẽ in ſingulis circũductiõibus uideãtur, quaſi modo magis: modo minus diſtarent quod accidere nequaq̃ uidemus. Nam ꝙ iuxta horizõtes maior magnitudo ſtellaꝝ uideat̃: nõ diſtãtiæ paruitas id facit, ſed huiuſmodi terrã obeũtis euaporatio quũ inter uiſum noſtrũ & ſtellas ipſas exhalet, ueluti maiora ĩ aquis ſubmerſa uidẽt̃: & qdẽ tãto maiora quãto pfũdiora petierint. Sed illa quoq; ut ſphærica eſſe cœleſtia ſentiamus. Cõpellũt ꝙ nulla alia figura ſuppoſita preter iſtã ſtructuræ inſtrumẽtoꝝ cõuenire poſſunt, ꝙ cũ cœleſtium motus nulla re ꝓhibeatur & facillime omniũ uoluatur. Figuraꝝ quoq; omnium, in ſuperficiebus qdẽ circularis, in ſolidis uero ſphærica facillime mouetur. Quũq; capatiores ex diuerſis figuris equalẽ habẽtibus ambitũ ille ſint: quæ plures angulos hñt, Circulus qdẽ planis, Sphæra uero ſolidis capatior oĩbus inuenit̃. Cœlũ aũt cæteris oĩbus corporibus capatius eſt. ℭ Sed ad hãc ſentẽtiã naturalia etiã quædã impellunt, uelutĩ ꝙ corporibus uniuerſis ſubtilioꝝ partiũ magis q̃ ſimiliũ æther eſt. Superficies aũt corpoꝝ quæ ſimiliũ partiũ ſunt ſimiles partes habẽt. Solæ uero ſuperficies in planis qdẽ circularis: in ſolidis aũt ſphærica ſimiliũ partiũ ſunt. Quũ igitur æther ſolidus ſit globoſum eſſe neceſſe eſt. ℭ Præterea terreſtria quidem corruptibiliaq; corpora ex rotundis uniuerſaliter natura quãtis ex diſſimiliũ partium figuris cõſtituit. Aetherea uero diuinaq; omnia ex ſimiliũ partiũ atq; ſphæricarũ. Nam ſi plana uel concaua eſſent: nõ omnibus (q ex diuerſis terræ locis, in eodẽ tẽpore cõſpiciũt) circularis eſſe figuræ uiderẽtur, quas obres quũ æther (rationabile eſt etiã) q hæc cõtinet, naturæ ſimilis ſimiliũq; partium ſit ſphæricus & circulariter equaliterq; feratur.

ℭ Quod terra quoq; ſphærica ſit ad ſenſum quãtũ ad uniuerſas partes. Cap. IIII.

QVOD ETIAM TERRA ſm omnes partes accepta ſphærica ſit ad ſenſum: ſic maxime intelligemus: Solem enim & lunam aliaſq; ſtellas uidere licet non ſecundũ idem, in omnibus terris oriri atq; occidere: ſed prius ſemper orientalibus, poſterius autem occidentalibus. Nam quæ

Terram eſſe rotundam.

in eodem tempore fiunt eclipses & maxime lunares, nõ in eisdem horis idest equaliter a meridie distantibus apud omnes conscribi inueniemus: sed semper apud orientaliores obseruatas cõscriptasq; horas posteriores illas fuisse quæ ab occidẽtalibus obseruatæ sunt. Cũq; horarum etiam differentia terrarum distantiæ proportionalis inueniatur: non absurde terræ superficiem globosam esse quispiam affirmabit: qm̃ similitudo partium quæ per omnes partes propter rotunditatem accipitur proportionaliter semper iis qui deinceps sunt se ipsam obiicit quod accidere nõ posset, si

Quod terra nõ sit cõcaua, neq; plana nec triangularis.

alia q̃ sphærica terræ figura esset. ℭ Quod ẽt inde patet, nam si caua esset occidentalioribus orientes stellæ prius uiderentur. ℭ Si plana in eodem tempore omnibus simul qui in terra sunt orirentur atq; occiderẽt. ℭ Triãgularis uero si esset, aut quatuor angulorum uel cuiusuis plurium angulorum) figuræ omnibus similiter, q eandem rectam lineam habitãt, quod nullibi fieri uidetur. ℭ Quod autem nec chylindri quidem formam habet ita ꝙ rotunda quidem superficies ad ortum atq; ad occasum uersa sit planarum uero basium latera ad mundi polos, quod quasi uerisimile aliqui putarent, inde perspicuum est, quod nulla unq̃ stella semper cõuexam habentibus superficiem, cerneretur, sed autem omnes omnibus orirentur atq; occiderent, aut eedem & equaliter ab utroq; polo distantes omnibus semp apparerẽt. Nũc uero quanto magis ad septẽtrionem progredimur tanto plures australiorum quidẽ stellarum occultantur. Borealiorum autem cernuntur. ℭ Vt hinc pateat ꝙ etiã hæc terræ globositas obices proportionaliter ad laterales faciens partes sphæricam figurã undiq; ostẽdit.

Quod non sit columnares.


Aquam esse gibbosam.


ℭ Ad hæc si oĩbus aut q̃busdã altioribus locis a quouis & ad quẽuis angulũ nauigãtes accedimus, paulatim magnitudines eoꝝ accrescere uidentur, quasi ab ipso mari emergãt quæ antea submersa pp cõuexã aque supficiẽ uidebant.

ℭ Quod terra in medio cœli sita est. Cap. V.

Terram in medio mũdi sitã eẽ.

HAC RE PERSPECTA, si quis deinceps de situ terræ certius dicere uelit sic profecto quæ iuxta ipsam apparent, accidere solummodo intelliget, si tam in medio cœli quasi sphæræ centrum posuerit. Nam si sic se res non habeat, aut oportebit quod ipsa sit extra axem & equaliter ab utroq; polorum distet: aut in axe, ita ut ad unum polorum magis accedat, aut nec in axe neq; ab utroq; polorum æqualiter distet. Ad primum igitur ex his tribus situm, illa maxime pugnant. Nam si sursum aut deorsum extra axem intelligatur, accidet ut quum ĩ duo semper inequalia quod supra terrã & quod sub terra ẽ ab horizonte dissepetentur, nũquã in recta sphæra equinoctiũ fiat. In obliqua uero sphæra uel nũquã, uel non in medio transitu ab altero solstitiorum æstiuo dico atq; hyemali ad alterum. Nam hæc spatia inæqualia necessario fierent. Non enim æquinoctialis, maximusq; parallellorum circulorum qui in polis circulationis describuntur diuideretur ab horizonte in duo æqualiter. Sed unus æquidistantium ei uel borealium magis uel australium. Sed apud omnes simpliciter constat hæc spatia æqualia esse ubiq;: qm̃ & diei ab æquinoctio incrementa donec ad maximum diem in æstiualibus solstitiis perueniatur æqualia sunt dierum decrementis, ad minimum usq; solstitiorum hyemalium diem. ℭ Si uero ad ortum uel occasum idest ad aliquorũ partes rursus accedere supponatur: Nec magnitudines & spatia stellarum ſm orientalẽ & occidentalem, horizonta æqualia eademq; eisdem erunt, nec ab ortu ad meridiem tempus æquale illi erit tempori quod a meridie ad occasum est: quæ omnia iis quæ apparent omnino repugnant. ℭ Ad secundam autem opinionem qua sic in axe ponitur ut ad alterum polorum magis accedere intelligatur. Ita rursus quispiam responderet: quia si sic res se haberet, & in singulis climatibus, horizontis superficies cœli partes duas quæ super terram & quæ sub terra est ſm alium atq; aliũ accessum & ad seipsas & ad inuicem semper inæquales differenter efficeret: nec nisi in recta solũmodo sphæra in duas æquales posset separare. In obliquatione autem quæ propinquiorem polum semper facit manifestum partem (quæ super terrã est) semper minueret: & sub terram omnia augeret. Vnde accideret ut maximus quoq;





circulus qui per medium signorum est inæqualiter ab horizontis planitie divideretur/quod minime ita se habere uideretur. Sex enim semper omnibus super terram apparent signa/& sex reliqua tunc non apparerēt. Deinde rursus cum illa super terram integre apparuerint/tunc reliqua non uiderentur, ut hinc perspicuum fiat portiones quoq; zodiaci in duo æqualia diuidi ab horizonte/quoniam iidem semicirculi modo super terram/modo sub terra integri sunt, & omnino ni si terra sub ipso æquinoctiali sita esset. Sed ad septētrionē uel meridiem ad alterum polum appropinquaret eueniret ut ne ad sensum quidem in æquinoctialibus diebus orientales Gnomonū umbræ in æquidistantibus ab horizonte superficiebus ad rectam cum occidentalibus lineam fierent/quod ubiq; consequi aperte perspicitur. Hinc autem patet, nullum etiā tertiam opinionem locum habere namq; primis repugnant/ipsi quoq; repugnant: & ut breuiter perstringam uniuersa series quæ in decrementis incrementisq; dierū & noctium perspicitur/nisi medium terra situm obtinere ponatur/penitus confunderetur/& ad hæc lunæ quoq; defectus est/eclipsisq; in qbuscūq; partibus cæli acciderēt non possent in opposito solis loco fieri. Cum sepius terra nō in oppositione sed in minoribus semicirculo spatiis seipsam illis opponeret.

Quod terra quasi punctum est ad cælestia comparata. Cap. VI.

QVOD VERO puncti (quantum ad sensum pertinet) proportionē habet terra ad spatium quod est usq; ad stellarum (quæ fixæ uocātur) sphæram. Magno illud argumēto est: ꝙ ab omnibus terræ partibus magnitudines stellarum atq; distantiæ in eisdem temporibus æquales similesq; uidētur, quemadmodum obseruationes in diuersis climatibus factæ ostendunt. Quibus nec minima quidem discrepantia inuenitur/accidit ꝙ gnomones in quacūq; terræ parte ponantur/& armillarum centra & sphærarum/idem possunt ac si in centro terræ ueraci/perspectiones. n. & circūductiones umbrarum ita conuenientes suppositionibus apparentium conseruant/quēadmodum si a puncto quod i media terra est fierent. Hæc ita se habere illud etiam signo est/ꝙ superficies quæ undiq; a uisibus nostris educantur/quas horizontes appellamus totam cæli sphæram in partes æquales diuidunt semper/quod non fieret/Si ad distantiā cælestium sensibilis esset terræ magnitudo. Sola enim superficies quæ per terræ centrum educeretur/sphæra diuidere posset æqualiter. A quacūq; autē duceret planitie terræ/pp subterraneas partiones maiores his faceret/quæ sub terra inueniuntur.

Terram respectu firmamenti uicem puncti habere.

¶ Quod terra nullo motu progressiuo mouetur. Cap. VII.

PER EADEM VERO demōstrabitur. Nullo modo terram ad predictas laterales partes moueri, aut unq̄ cētri locum mutare. Eadē enim euenirent/quæ (si alium situm preter medium haberet) acciderent/quare si quis causas motus grauium ad medium quærat/frustra mihi facere uidetur, Cum re ipsa manifestissimum sit & terram medium mundi locum possidere/ponderosaq; omnia fieri ad ipsam. ¶ Illud autem ad istius rei intelligentiā facillimū est atq; paratissimum/ꝙ cum sphærica terra & i medio totius (ut diximus) demonstrata sit/in omnibus simpliciter partibus eius/grauium corporum inclinationes & motus proprios/ad rectos (ad illam semper & ubiq; superficiem angulos fieri) quæ per descendentium contactum æqualiter educit. ¶ Patet enim (quoniā sic se res habet) ꝙ si grauia non impedirentur itaq; a superficie terre non repercuterentur omnino ad ipsum centrum peruenirent/presertim quia linea etiam quæ recte ad centrum ducit/ad rectos se illius planitiei semper angulos accomodat/quæ in ipso incisionis contactu sphæram attingit. ¶ Qui autem incredibile putauerūt nec hærere alicubi/nec ferri tantum terræ pondus/ii mihi uidentur non ad proprietatem totius/sed ad passiones suas ipsorum respiciētes hæc comparare/atq; ita plurimum aberrare. Non enim mirum eis uisum in hoc putarem/si animaduerterent

Quod terra motum localē non habeat.

hanc terræ magnitudinem uniuerso continenti comparatam corpori puncti proportionem habere. Ita enim possibile uidebitur, quod proportiõe minimum est a uere maximo (quod similium partium est) substineri æqualiter undiq;, inclinatione ac simili compulsu, quum nihil deorsum aut sursum in mundo ad ipsum fit. Veluti nec in sphæra unq̃ tale quid intelligere quispiã poterit, quãuis quæ in ipsa creãtur, quantum ad proprium naturalemq; motum suum, leuia quidem & quæ subtilium partium sunt ad exteriora, & quasi ad circũferentiam eleuentur. Videanturq; motum ad singulorum superiora facere, quod ideo ita fit quoniam quod super caput nostrum est: quodq; sursum uocatur, ipsum quoq; quasi ad continentem superficiem tendit. Grauia uero grossarumq; partium omnia autem ad medium & quasi ad centrum ferãtur ad inferiora cadere cernuntur. Idq; ideo quoniam est contra quod sub pedibus nostris est deorsumq; uocatur, ipsum quoq; tendit ad centrũ terræ ideo non absq; causa circa medium hæc ab incursu alterius ad alterum & similĩ undiq; atq; æquali collisione compensantur, quas ob res non irrationabiliter totũ terræ firmamentum ita maximum respectu eorum esse percipitur, quæ ad eam etiã minimi ponderis impetu feruntur, ut quiescens undiq; cadentia in ipsam recipiat.

Quod si cõmunis cæteris põderibus singularisq; motus ipsi quoq; inesset. Patet quia propter tantum (sui magnitudine) excessum uniuersandum deferetur, præueniret, Cæterisq; relictis in aere animalibus, dico alijsq; ponderibus: ipsa uelocissime extra cœlum quoq; ipsum excideret. Verum hæc ridiculosissima omnium intellectu uidentur. Nonnulli autem (quum nihil uerisimilius obijci istis arbitremur) hæc quidem concedunt. Nihil uero putant sibi resistere posse. Si cœlum (uerbi gratia) immobile supponant, & terra ab occasu ad ortum in eodem axe reuolui singulis diebus una pœne reuolutione, aut etiam utrũq; quandocũq; moueantur dũmodo circa eundem axem (ut diximus) & utriusq; motui conuenienter. Hos quippe fugit quantum ad apparentia quidem in stellis pertinet, nihil forsan prohibere, si quis simplicius considerer sic ista se habere. Ab accidentibus uero quæ circa nos & ĩ aere accidunt ridiculosum ualde id uidebitur. Nam ut eis concedamus q̃ quæ subtilissimarum partium ac leuissima sunt, aut nullo modo moueri quod preter naturam est: aut non aliter q̃ ea quæ cõtrarie sunt naturæ. Quũ quæ in aere fiãt minusq; subtilium partium sint aperte atq; præ oculis uelocius q̃ terrestria omnia ferantur, Cũq; grauissima grossissimarumq; partium proprium motum sic uelocẽ æqualẽq; faciant (cũq; ipsa terrestria rursus) nec ab alijs quidem ni apte non nũq̃ moueri posse omnes concedant, illud negare non possunt reuolutionem terræ, si sic uolueretur omnium simpliciter motuũ quæ circa ipsa fiunt uelocissimam fore, quippe quæ tantam in breui tempore reuolutionem absolueret. Vt cũcta quæ in ipsa non sunt uno semper motu terræ contrario moueri uiderentur. Ita nec nubes: unq̃ nec aliud quicq̃ uolitantium aut proiectorum ad ortum ferri cerneretur. Sed omnia ipsa terra preueniret motuiq; ad ortum ita resisteret. Vt cætera uniuersa progredi ad occasum derelicta uiderentur. Nam & si aera dicant similiter æqualiq; uelocitate cũ ipsa circũduci, nõ minus tamen quæ in ipso aere concrescunt semper posterius ab utriusq; motu relinquerentur. Vel si etiam ipsa quasi aeri coniuncta, una cum ipso circũduceretur, nullum tamen præuenire aliunde aut pœne sequi cerneretur. Sed manere semper, ita ut nec in uolatu nec in actu aliud ab alio præueniretur, quæ omnia sic aperte fieri oculis cernimus, ut nulla tarditas omnino: nullaq; uelocitas (quoniam terra fixa non stet) accidere ipsis uideatur.

Quod duplex in cœlo primorum motuum differentia est. Cap. VIII.

Motus celestes in duplici differentia reperiri.

HAS SVPPOSITIONES necessario ad particulares doctrinas, ipsarumq; consequentia prælibasse ac ad hæc usq; summatim dixisse sufficiat. Ab ipsa enim eorumq; consequenter & deinceps demonstrabuntur ad ea quæ apparent conuenientia sic confirmabuntur comprobabunturq;: ut refutari nequeant. Sed ad hæc illud quoq; ut uniuersalium quiddã

putare quispiam non iniuria prelibandum/q̃ duæ primorum motuum in cœlo dif
ferentiæ sunt. Altera qua oĩa in occasum ab ortu feruntur, similiter semper & æque
uelociter in æquidistantibus inter se circulis qui a polis scilicet sphæræ describuntur
illius quæ omnia æqualiter circũducit. Horũ maximus circulus æquinoctialis uoca/
tur/quoniã solus ipse ab horizõte qui & maximus est in duo æqualia semper diuidi
tur. & solis inuolutio quæ in ipso fit/æquinoctium ubiq; ad sensum facit/altera qua
stellarũ sphære contra predictum motum in aliis q̃ in polis primæ circunductionis
ꝓgressus faciunt quosdã. Hæc ita se habere supponimus/quia ex quotidiano quidẽ
aspectu uniuersa simpliciter cælestia in uniformibus & æquidistantibus æquinoctia
li circulo/locis ipsis oculis ortus mediuq; cœli ascensus & tãdẽ occasus facere cernũ
tur, quæ res ipsius primi motus propriũ est/ex frequẽtiori aũt obseruatione atq; con
tinua cæteræ omnes stellæ eas distãtias quas îter se habẽt cõseruare uidẽtur/& ꝓprie
tates suas quas habẽt ad loca primi motus ꝓpria eodẽ modo maxime, solẽ autem
atq; lunam erraticasq; stellas ꝓgressiones facere quasdam cernimus/& si uarias atq;
inter se inæquales omnes tamen uniuersaliter ad ortus relictasq; partes a seruãtibus
easdem distantias stellis/& ab una quasi sphæra circũductis. si erga huiusmodi erra/
ticarũ ꝓgressus stellarũ in æquidistantibus ab æquinoctiali circulis fieret: idest circa
eos polos a quibus prima efficit circũductio: satis recte quispiã posset unã eandẽq;
omnium eẽ circũuolutionẽ: quæ primã sequeret̃: credibile nãq; uideret̃ ꝓgressum
earũ nõ ꝓpter oppositũ motum (sed quoniã relinquerẽtur fieri) Nũc uero simul cũ
ꝓgressionibus ad ortum/ad septẽtrionẽ etiã uel meridiem accedũt/ita ut ne quanti/
tas qdem huius accessus æqualis cõspiciatur/ut hoc accidẽs per pulsiones quasdam
in ipsis fieri uideatur/quoniã quãtum ad hanc existimationem inæqualiter fit/q̃uis
ordinate/quod ab obliquo ad æquinoctialẽ circulo efficitur. Vnde is circulus unus
atq; idem & erraticarum proprius esse comprehenditur/quãuis quasi exquisitus a
motu solis describitur/in quo semper & luna & erraticæ quinq; uersantur. Nec mi/
nimum ab interciso per ipsum ad utrãq; partem accessu excidant, Verum quoniam
maximus hic circulus esse cognoscitur. Nam & in æquinoctiali/& borealior & au/
straliori ipso sol fit/& in uno eodẽq; ille (ut diximus) erraticarum omnium progres/
sus ad ortum sunt/necesse fuit alterum ab uniuersali motu hunc constituere qui cir
ca polos obliqui circuli sic intellecti/& qua primũ motũ moueretur. Si ergo descri
bi per utrosq; predictorum circulorum polos. Maximum circulũ intellexerimus/ne
cessario utrũq; illorum æquinoctialem dico atq; obliquum in duo æqualia & ad re
ctos secabit angulos quatuor/in obliquo circulo puncta fient/duo quidem ab æquĩ
noctiali opposita inter se quæ uocant̃ æqnoctialia/quoꝝ quod ad septẽtrionẽ a me
ridie procedit uernale/quod huic oppositũ est autũnale nũcupatur. Et duo quæ fiũt
a circulo inter utrosq; polos descripto/& ipsa opposita îter se hæc solstitialia nomĩ
nantur/quoꝝ quod ab æquinoctialis meridiæ est/hyemale: quod ad septẽtrionẽ estĩ
uale uocatur/intelligitur autem unus ille primusq; motus qui cæteros continet om
nes quasi descriptus atq; determinatus a maximo circulo/qui per utrosq; polos de/
scribitur/circũductusq; reliqua omnia ĩ occasũ ab ortu circũducit. Nixusq; est in æq
noctialis circuli polis: quasi in eo quem meridianum appellant qui ea re solum dif
fert ab illo q̃ non semper per obliqui circuli polos describitur/& ad hæc quia conti
nue rectos ad horizontem angulos facere intelligitur. ¶ Meridianus autẽ uocatur
quoniam hæc positio utrũq; quod super terram & quod sub terra est semisphæriũ
in duo æqualia secans media dierum ac noctium tempora continet. Secundus ue/
ro atq; multiplex continetur quidem a primo: ipse uero erraticarum sphæras omnĩ
um continet hie fertur quidem, a predicto (ut diximus) Reuoluitur autem in cõtra/
ria in obliqui circuli polis/qui etiam sempet nixi in circulo/a quo prima descriptio
fit/hoc est in eo qui per utrosq; polos est rationabiliter una cum ipso circũducũtur:
& pœnes motũ secundæ latitudinis in contraria/eundem semper situm cum descri
pto per ipsos circulo maximo ad æquinoctialem obliquo conseruant. Sed uniuer/
salis quidem prælibatio summatim atq; per tapita ita breuiter (quæ præmittenda
erant) exposuimus. Nunc uero particulares demonstrationes agressuri/quarum


primam esse. Arbitramur eam qua arcus inter prædictos polos medius/maximi per eos descripti circuli, quãtus sit comprehenditur. Necessarium etiam uidemus / ut prius quãtis rectarum linearum negocium quæ in circulo perducuntur. Ponamus præsertim quum nobis curæ sit lineis singula demonstrare.

De quantitate rectarum linearum quæ in circulo perducuntur. Cap. IX.

De scientia chordarum.

Data circuli diametro, latera decagoni/hexagoni/pentagoni/tetragoni atq; trianguli isopleurorum eidem circulo inscriptorum reperire.

SED AD FACILIOREM usum quantitatis earum/postea tabulas faciemus & circũferentiam circuli totam in.360. portiones diuidemus,& cuiq; arcui medium gradum incrementis rectas subtensas lineas accõmodabimus, idest quot portionũ sunt ita exponemus/quasi diameter (propter computatiõis numerorum cõmoditatem) in.120.partes diuidatur. Prius autẽ demonstrabimus quomodo q̃ maxime possibile sit per eadem paucaq; theoremata breuem ac facilem intelligentiam quantitatum chordarum faciemus. Vt non solum earum magnitudines certius habeamus. Verum etiam per linearum demonstrabilem uiam facile possimus errata comprehendere. Vtemur autem uniuersaliter numerorum uia s̃m sexagenarii numeri modum. Ne fractionũ difficultas nobis impedimento sit. Multiplicationes uero atq; diuisiones sic faciemus: ut proximum semper assequamur ne quod relinquitur ulla de qua curandum sit differentia Differatq; ab eo quod a sensu exquisite habet. Sit ergo semicirculus A.B.G. Cuius centrum.D. diametrum uero.A.C.& ex centro.D. per rectos angulos ad.A.G. diametrũ.D.B. linea producatur. Diuidaturq;.D.C. in duo æqualia p punctum.E.& coniũgatur.E.B. cui.E.F. constituatur æqualis & coniũgatur.F.B. dico.F.D. quidem lineam decagoni.B.F. autem pentagoni latus esse. Nam quoniã.D.G. recta linea in duo æqualia per punctum.E. diuisa est/& ipsi.D.F. linea recta in lõgum additur/quadrangulum quod super.C.F.&.F.D. continetur/Vna cum quadrato lineæ.E.D. quadrato illi æquale est quod ex.E.F. linea in se ducta efficitur. Quare illi etiam quod est ex.E.B. æqualis enim posita est.E.B. linea ipsi.F.E. Sed quadrato ipsius.E.B. quadrata.E.D.&.D.B. linearum æqualia sunt. Rectangulum ergo q̃ sub.C.F.&.F.D. continetur simul cum quadrato lineæ.D.E. æquale illis quadratis est/quæ ex.B.D.&.D.E. lineis constituuntur. Quare si.E.D. lineæ quadratum cõe utrinq; auferas reliquum quod ex.G.F.&.F.D. rectangulum constituitur quadrato.D.B. Aequale ẽ/quare quadrato etiam.D.C. Linea ergo.F.C. s̃m proportionem habentem medium & duo extrema in puncto.D. diuisa est/Quoniam ergo sexanguli & decagoni (quæ in eodem circulo intra describuntur) latera si eandem rectam continuamq; faciunt lineam/s̃m proportionem habentem medium/& duo extrema diuidũtur. Estq; linea.G.D. cum ab ipso centro sit sexanguli latus: erit profecto linea.D.F. decagoni lateri æqualis. Similiter quoniam pentagoni latus tantum potest quantum sexanguli & decagoni quæ in eodem circulo intra descripta sunt. Estq;.B.F. lateris rectanguli trianguli.B.D.F. quadratum/æquale duobus quadratis.B.D. lineæq; sexanguli &.D.F. quæ decagoni latus est. Relinquitur necessario ut.B.F. æqualis lateri pentagoni sit. Quoniam ergo (ut diximus) circuli diametrum.120. portionum esse supponimus. Erit propter illa quæ modo demonstrata sunt.D.E. linea cum eius quæ a centro est medietas/sit partium.30.& quadratum eius.900.B.D. autem cum a centro sit partium erit.60.& quadratum eius sit partium.3600. quadratum uero.E.B. lineæ.s. quadratum.E.F. earundem 4500. Quare.E.F. lineæ longitudo erit proxime partium.67.4.55.& reliqua.D.F. earundem.37.4.55. decagoni ergo latus quod.36. huiusmodi portionum arcui subtenditur: quales circulus habet.360. erit.37.4.55. talium quales diameter habet.120 Rursus quoniam.D.F. partium est.37.4.55.& quadratum eius.1375.4.15. est autem etiam quadratum lineæ.D.B.3600. earundem qui numeri si componantur quadratum lineæ.B.F. constituunt quod est.4975.4.15. erit.B.F. lineæ longitudo partium proxime.70.32.3. quare latus quoq; pentagoni quod talibus.72. gradibus subtenditur. quales circulus habet.360. Talium est.70.32.3. qualium diameter.120






GAVR.

Patet autem per se sexagoni quoq; latus quod.60.subtēdit gradibus & semidiametro/æquale est portionū esse.60. Similiter quoniam quadrati latus quod.90. gradibus subtenditur triplum eiusdem potentia est cum semidiametri quadratum sit 3600. colligetur quadrati lateris quadratum.7200. lateris uero trianguli.10800. quare longitudo cordæ quæ.90. gradibus subtenditur taliū erit proxime.84.51.10. qualium diameter.120. quæ uero.120. gradibus subtenditur erit earundem.103.55. 23. ¶ Sed istæ nobis sat faciles sunt per se ipsas acceptæ. Perspicuum insuper erit datis quibusdam lineis facile illas etiam dari quæ reliquis ad semicirculum arcubus subtenduntur: cum quadrata ipsarum composita diametri quadratum efficiant. (Nam quoniam uerbi gratia) quæ.36. gradibus subtenditur.37.4.55. portionum esse demonstrata est & quadratum eius.1375.4.50. diametri uero quadratum portionum.14400. erit chorde qua reliqui ad semicirculum gradus.144. subtenduntur: quadratum.1302.4. partes. M.56. fere & longitudo eius earundem.114.7.37. proxime in reliquis quoq; similiter.

Correlarium primum.
¶ Data alicui⁹ arcus chorda/nota fiet chorda arcus residui de semicirculo.




Quadrata.

	¶ Dedecagoni.	900.0.0.	E.D.
	¶ Decagoni.	1375.4.14.	D.F.
	¶ Exagoni.	3600.0.0.	B.D.
CAVR.	¶ Pentagoni	4975.4.15.	B.F.
	¶ Tetragoni	7200.0.0.	B.A.
	¶ Trigoni	10800.0.0.	A.E.
	¶ Diametri	14400.0.0.	A.C.
	¶ Lateris.E.F.	4500.0.0.	F.B.

¶ Sed quemadmodum ab istis reliquæ particulares etiā dabuntur deinceps demōstrabimus: si prius perutile ad hoc negocium theorema exposuerimus. Sit enim in circulo.A.B.G.D. quadrilatera. Prout forte contigerit: figura descripta: & protrahantur.A.G.&.B.D. demonstrandum quia quod sub.A.G.&.B.D. lineis continetur æquale utrisq; simul illis est quæ ex.A.B. In.D.G. Et ex.A.D. in.B.C. constituuntur. sit enim angulo.D.B.G. Angulus.E.B.A. æqualis: si ergo communem addamus angulum.E.B.D. erit totus angulus.A.B.D. æqualis toti angulo.E.B.G. æqualis: sed angulus quoq;.B.D.A. æqualis est angulo.B.G.E. eundem enī arcum subtendunt: trianguli ergo.A.B.D.&.B.G.E. æqualium inter se angulorum sunt: quare proportionaliter se habent: sicut.B.G. ad.G.E. Sic.B.D. ad.D.A. Quare quadrangulum quod est ex.B.G. in.A.D. æquale illi quadrangulo est quod ex.B.D.& G.E. constituitur. ¶ Rursus quoniam.A.B.E. angulus: angulo.G.B.D. æqualis est & similiter.B.A.E. ipsi.B.D.G. In circulo triangulus.A.B.E. æqualium est angulorum cum triangulo.B.D.G. quare proportionaliter sicut.A.B. ad.A.E. sic.B.D. ad D.G. est igitur quadrangulum quod ex.A.B.&.D.G. lineis constituitur æquale quadrangulo linearum.B.D.&.A.E. sed.B.G.&.A.D. linearum quadrangulum quadrangulo illi æquale demonstratum est: quod ex.B.D.&.G.E. lineis constituitur. Erit ergo totum etiam quadrāgulum quod est ex.A.G. In.B.D. æquale utrisq; que sunt: ex.A.B. In.D.G.& ex.A.D. In.B.C. quod erat demonstrandū. Hoc ita exposito sit semicirculus.A.B.D.G. super diametrum.A.D.& due lineæ.A.B.&.A.G. ab.A. puncto protrahantur: sitq; utraq; ipsarum datæ magnitudinis taliumq; portionum quales in diametro dantur.120. & coniūgatur.B.G. dico ipsam quoq; lineam.B.G. datam esse. Ducantur.n. lineæ.B.D.&.G.D. quas etiam datas esse necesse est: quoniam residuis ad semicirculum arcubus subtenduntur: quoniam ergo in semicirculo quadrangulum.A.B.G.D. inscriptum est: erit quadrangulum quod fit ex.A.B. In.G.D. una cū eo quadrangulo quod est ex.A.D. In.B.G. æquale quadrangulo illi quod ex.A.G. In.B.D. cōstituit. Est aūt quadrāgulū quod fit ex.A.B. in.D.G. datū ergo reliquū etiā quod ē ex.A.B. In.B.G. datū ē: semidiameter quoq; A.D. data est: data ergo etiā linea.B.C. Hinc manifestū est si duo arcus: & lineæ quæ illis subtendunt dabuntur: dabit etiā linea qua duorū illorum arcuū excessus subtenditur: ex hoc theoremate patet ꝙ alias quoq; lineas nec paucas a datis exces/

Theorema.2.


¶ Si quadrilaterum inscriptum circulo fuerit rectangulum/quod sub duabus eius diametris rectangulus cōtinetur est æquale duobus quæ sub lateribus eius oppositis cōtinētur rectāgulis pariter acceptis.





fibus inscribemus: & illam etiam qua duodecim gradus subtendunt: cum habeamus.60.gradum arcus chordam & etiam quæ.72. gradus subtendit. ℂ Sit rursus propositum: data in circulo linea medii subtensi arcus chordam inuenire: Sitq; se micirculus.A.B.G.super diametrum .A.G.& data linea sit .G.B.arcus uero.G.B.in duo æqualia per punctum.D.diuidatur: & ducantur lineæ ad.B.D.D.G.ex.D.autem ad.A.G.perpendicularis.D.F.ducantur dico.F.G.Medietatem esse excessus.A.B.&.A.G.linearum ponatur enim.A.E.linea lineæ.A.B.æqualis & protrahatur.D.E.& quoniam.A.B.linea æqualis est ipsi.A.E.si.A.D.communis accipiatur: erunt duo lineæ.A.B.&.A.D.A.E.&.A.D.altera alteri æqualis/est autem etiam angulus B.A.D.angulo.E.A.D.æqualis quare basis quoq;.B.D.æqualis erit basi.D.E.est autem ipsa.B.D.ipsi.D.G.etiá æqualis/erit ergo.D.G.ipsi.D.E.æqualis quoniam igitur auertice.D.E.G.Trianguli: duorum æqualium laterum ad basim eiusdem D.F.perpendicularis deducta est erit.E.F.linea ipsi.F.G.æqualis, sed.E.G.tota linearum.A.B.& .A.G.excessus est &.F.G.igitur excessus ipsarum medietas est: quare quum.B.G.arcus.Chorda data sit.A.B.similiter quum ad semicirculum residua sit/dabitur etiam.F.G.quæ.A.G.& A.B.linearum excessus medietas est. Verũ quoniam in orthogonio triangulo.A.G.D.deducta perpendiculari.D.F.duo trianguli.A.D.G.&.D.G.F.æqualium angulorum efficiantur: estq; sicut .A.G.ad.G.D.sic.G.D.ad.G.F. ℂ Erit etiá quod sub.A.G.&.G.F.rectangulum continetur æquale quadrato lineæ.D.G.quare longitudo quoq; ipsius.D.G.qua.B.G.arcus medietas subtenditur data erit: & ita per hoc theorema ĕt aliæ multe per mediationem ꝓpositarum dabuntur: & medietatis duodecim partium chorda quæ.6.subtendit: & quæ tres: & quæ unam cum dimidio: & quæ dimidium unius partis: & quartá.

ℂ Est autem nobis per computationem inuentum unius partis cũ dimidio chordam talium esse proximæ.1.34.15.qualium est diameter.120.& medietatis quarteq; simul: earundem.0.47.8. ℂ Sit rursum circulus.A.B.G.D.E.super diametrũ A.D.& in centro.F.circunductus: & de puncto.A.duo deinceps dati arcus accipiantur qui sint.A.B.&.B.G.& protrahantur.A.B.&.B.G.lineæ: ipsæ; quoq; simil'r datæ dico si.A.G.coniuncta fuerit ipsam quoq; haberi. ℂ Ducatur enim ex.B.diameter circuli quæ sit.B.F.E.& protrahantur lineæ.B.D.D.G.G.E.D.E.patet ergo ex se ipso quia propter lineam.B.G.dabitur linea.G.E.& propter.A.B.dabitur.B.D.& D.E.& quoniam ut in superioribus dictum est.B.G.D.E.quadrangulum in circulo constituitur &.B.D.G.E.duæ lineæ ab angulis ad angulos eius deducte sunt rectangulum quod sub istis continetur æquale est utrisq; simul/quæ expositis lateribus efficiuntur: quare quoniam rectangulum linearum.B.D.&.G.E.datum est: & similiter quod est ex.B.G.&.D.E.dabitur etiam quod ex.B.E.&.G.D.cõstituitur/sed diameter quoq;.B.E.data est: reliqua ergo etiá.G.D.data erit.& propter hæc etiam.G.A.quæ ad semicirculum residua est: quare si duo arcus & chordæ suæ datæ fuerint dabitur etiam per hoc theorema chorda qua duo arcus illi per compositionem subtenduntur. ℂ Perspicuum autem est quia si ad præpositas semper oẽs eam componamus quæ unum gradum cum dimidio subtenditur/& cõpositas cõputemus: omnes simplices inscribemus quæ duplicatæ tertiam partem habebunt: & solæ relinquentur quæ inter spatia unius gradus cum dimidio sunt/duæ in singulis (quoniam per medietatẽ gradus incremẽta facimus) futuræ. Quare si medii gradus chordá inueniemus: ipsa tum per cõpositionem datarũ linearũ quibus spatia cõtinẽtur/tum per excessum uniuersas nobis quæ inter duas sunt facile replebit.


ℂ Verũ quoniá data chorda qua unius ac mediæ partis arcus subtendit' quæ tertiá eiusdem arcus partẽ subtenditur non datur per lineas. Nam si possibile id esset medii gradus chordam hinc haberemus/iccirco a chorda unius ac medii gradus: & a chorda medii simul atq; quartæ gradus unius chordá inueniemus theoremata: uno præposito ꝙ & si non uniuersaliter quantitates possint determinare: attamen in tam minimis nullam ad determinatas habeat mutationem: dico igitur quia si duæ inæquales lineæ in circulo perducantur: maior ad minorem: minorem proportionem habebit q̃ arcus maioris ad arcum minoris.








¶ Sit enim circulus.A.B.G.D.& producantur in eo duæ inæquales lineæ quarum minor sit.A.B.Maior uero.B.G.dico.G.B.lineam minorem proportionem habere ad.B.A.q̃.B.G.arcum ad arcum.B.A. ¶ Diuidatur enim .A.B.G.angulus in duo æqualia per lineam.B.D.& cōiūgantur.A.E.G.&.A.D.&.G.D.lineæ quoniā igitur.A.B.G.angulus in duo æqualia per.B.E.D.lineam diuisus est linea quidem.G.D.æqualis est lineæ.A.D.linea uero.G.E.Maior est q̃ linea.E.A.deducatur igitur a puncto.D.ad.E.G.lineam.D.F.perpendicularis & quoniam.A.D.Maior est q̃ E.D.&.E.D.q̃.E.F.Circulus qui centro.D.& spatio.D.E.Circūscribitur.A.D.quidem lineam diuidet.D.F.uero lineam super excedet. ¶ Designetur ergo circulus.I.E.T.& producatur.D.F.ad.T.quoniam igitur.D.E.T.secto.D.E.F.triangulo maior est: triangulus autem.D.E.A.Sectore.D.E.I.maior habebit.D.E.F.triāgulus minorem proportionem ad triangulum.D.E.A.q̃.D.E.T.Sector ad.D.E.I.Sectorem: sed sicut se habet triangulus.D.E.F.ad triangulum.D.E.A.sic se habet.E.F.linea ad lineam.E.A.sicut etiam.D.E.T.sector ad sectorem.D.E.I.se habet sic se habet angulus.F.D.E.ad angulum.E.D.A.quare linea.F.E.minoris est proportionis ad.E.A.lineam q̃.F.D.E.angulus ad angulum.E.D.A.quare coniunctum quoq; lineæ.F.A.Minoris est proportionis ad lineam .E.A.q̃ angulus.F.D.A.ad angulum.A.D.A.ad angulum.A.D.E.Antecedentium quoq; dupla.G.A.linea minorem habet proportionem ad lineā.E.A.q̃ angulus.G.D.A.ad angulum.E.D.A.disiunctim etiam linea.G.E.ad lineam.E.A.minorem habet proportionem q̃ angulus.G.D.E.ad angulum.E.D.A.sed sicut se habet linea.G.E.ad lineam.E.A.sic se habet linea.G.B.ad lineam.B.A.& sicut se habet angulus.G.D.B.ad angulum.B.D.A.sic se habet arcus.G.B.ad arcum.B.A.linea igitur.G.B.minorem habet proportionem ad lineam.B.A.q̃ arcus.G.B.ad arcum.B.A.Hoc ita preposito: describatur circulus.A.B.G.& perducantur in eo duæ inæquales lineæ.A.B.&.A.G.supponaturq; dimidiam partem gradus unius & quartam unam subtendi per lineam.A.B.per lineam uero.A.G.gradus unus subtendatur & quoniā.A.G.linea minorem proportionem habet ad lineam.A.B.q̃.A.G.arcus ad arcum.A.B.Estq;.A.G.arcus in sexquitertia proportione ad arcum.A.B.erit.G.A.linea ad lineā B.A.minor q̃ sexquitertia.Demonstrata aūt est.A.B.linea.0.47.8.taliū proportionum quales diameter habet.120.linea igitur.G.A.minor est q̃.1.2.50.Earūdem hæc enim in sexquitertia proportione sunt 0.47.8. ¶ Rursum in eadem descriptione supponamus unum gradum.B.A.& unum atq; dimidiū.A.G.lineas subtendi. Similiter ergo quoniam.A.G.circūferentium pars sexquialtera est ad.A.B.arcum erit G.A.linea minor q̃ sexquialtera ad lineam.B.A.sed.A.G.linea demonstrata est talium esse.1.34.15.qualium diameter est.120.linea igitur.A.B.maior est q̃ portiones similes.1.2.50.ad has enim sexquialteram habent proportionem.1.34.15.particulæ: quare quoniam .A.G.unū gradū subtendit lineam & maior & minor eisdem monstratur ipsa quoq; habebit de talibus partibus.1.2.50.proxime qualium est diameter.120.itaq; mediū gradū subtendit ex istis habet inueniturq; hēre 0.31.27.pxime de diametri partibus. ¶ Hoc igitur modo (ut diximus) reliqua spatia replebūt. Nā uerbigratia primū spatium duorum graduū: arcus chordam inuenimus cōpositionē medii gradus ad unū & dimidium demōstrata per excessus autem qui est ad tres gradus: duorum cū dimidio graduum chorda dabitur & similiter i cæteris: sed negocium de rectis in circulo lineis sicut puto facillime pertractatū est: uerum ut paratas linearum quantitates (cū opus fuerit) habeamus: tabulas.45.uersuū cōmoditatis causa subiicimus: quarū prime partes arcuū quātitates: mediæ graduum ad auctorum continebunt. Secūdæ chordarū quātitates arcubus accōmodatas prout diameter.120.partiū supponitur. Tertiæ trigesimā chordarū in singulis semigraduū incremētis partē ut unius quoq; sexagesimi chorda latius habita facile pertinentes usq; ad.30.quantitates computemus. ¶ Hic etiam.si error in scribendis tabulis accideret: facilis ei inquisitio & emendatio fiet: uel ex dupli arcus ad eū quem quærimus chorda uel ab excessu aliarum quæ date sint: uel a residui ad semicirculum arcus chorda. ¶ Est autē tabularum descriptio hæc.





Arcũ partes	Arcũ m̃	Chordarum partes	Chordarum m̃	Chordarum 2ª	trigefimaꝝ m̃	trigefimaꝝ 2ª	trigefimaꝝ 3ª
0	30	0	31	25	1	2	50
1	0	1	2	50	1	2	50
1	30	1	34	15	1	2	50
2	0	2	5	40	1	2	50
2	30	2	37	4	1	2	48
3	0	3	8	28	1	2	48
3	30	3	39	52	1	2	48
4	0	4	11	16	1	2	47
4	30	4	42	40	1	2	47
5	0	5	14	4	2	2	46
5	30	5	45	27	1	2	45
6	0	6	16	49	2	2	44
6	30	6	48	11	1	2	43
7	0	7	19	33	1	2	42
7	30	7	50	54	1	2	41
8	0	8	22	15	2	2	40
8	30	8	53	35	1	2	39
9	0	9	24	54	1	2	38
9	30	9	56	13	1	2	37
10	0	10	27	32	1	2	35
10	30	10	58	49	2	2	33
11	0	11	30	5	1	2	32
11	30	12	1	21	1	2	30
12	0	22	32	36	1	2	28
12	30	13	3	50	1	2	27
13	0	13	35	4	1	2	15
13	30	24	6	16	1	2	23
14	0	14	37	17	1	2	21
14	30	15	8	38	1	2	19
15	0	15	39	47	1	2	17
15	30	26	10	56	1	2	15
16	0	26	42	3	1	2	13
16	30	17	13	9	1	2	10
17	0	17	44	14	1	2	7
17	30	28	15	17	1	2	5
18	0	18	46	19	1	2	2
18	30	19	17	21	1	2	0
19	0	19	48	21	1	1	57
19	30	20	19	19	1	1	54
20	0	20	50	16	1	1	51
20	30	21	21	12	1	1	48
21	0	21	52	6	1	1	45
21	30	22	21	58	1	1	42
22	0	22	53	49	1	1	39
22	30	23	24	39	2	1	36

Arcũ partes	Arcũ m̃	Chordarum partes	Chordarum m̃	Chordarum 2ª	trigefimaꝝ m̃	trigefimaꝝ 2ª	trigefimaꝝ 3ª
23	0	23	55	27	1	2	33
23	30	24	26	13	1	1	30
24	0	24	56	58	1	1	26
24	30	25	27	41	1	1	22
25	0	25	58	22	1	1	19
25	30	26	29	1	1	1	15
26	0	26	59	38	1	1	11
26	30	27	30	14	1	1	8
27	0	28	0	40	1	1	4
27	30	28	31	20	1	1	0
28	0	29	1	50	2	0	56
28	30	29	32	18	1	0	52
29	0	30	2	44	1	0	48
29	30	30	33	8	1	0	44
30	0	31	3	30	1	0	40
30	30	31	33	50	1	0	35
31	0	32	4	8	1	0	31
31	30	31	34	22	1	0	27
32	0	33	4	35	1	0	22
32	30	33	34	46	1	0	17
33	0	34	4	55	1	0	12
33	30	34	35	1	1	0	8
34	0	35	5	5	2	0	3
34	30	35	35	6	0	59	57
35	0	36	5	5	0	59	52
35	30	36	35	1	0	59	48
36	0	37	4	55	0	59	43
36	30	37	34	47	0	59	38
37	0	38	4	36	0	59	32
37	30	38	34	22	0	59	27
38	0	39	4	5	0	59	22
38	30	39	33	46	0	59	16
39	0	40	3	25	0	59	11
39	30	40	33	0	0	59	5
40	0	41	2	33	0	59	0
40	30	41	31	3	0	58	54
41	0	42	1	30	0	58	48
41	30	41	30	54	0	58	42
42	0	43	0	15	0	58	36
42	30	43	19	33	0	58	31
43	0	43	48	49	0	58	25
43	30	44	28	1	0	58	18
44	0	44	57	10	0	58	12
44	30	45	26	16	0	58	6
45	0	45	55	19	0	58	0

Arcũ		Chordarum			trigesimarũ		
partes	m̃	partes	m̃	2ª	m̃	2ª	3ª
45	30	46	24	19	0	57	54
46	0	46	53	16	0	57	47
46	30	47	22	9	0	57	41
47	0	47	51	0	0	57	34
47	30	48	19	47	0	57	27
48	0	48	48	30	0	57	21
48	30	49	17	11	0	57	14
49	0	49	45	48	0	57	7
49	30	50	14	21	0	57	0
50	0	50	42	51	0	56	53
50	30	51	11	18	0	56	46
51	0	51	39	42	0	56	39
51	30	52	8	0	0	56	32
52	0	52	36	16	0	56	25
52	30	53	4	29	0	56	18
53	0	53	32	38	0	56	10
53	30	54	0	43	0	56	3
54	0	54	28	44	0	55	55
54	30	54	56	42	0	55	48
55	0	55	24	36	0	55	40
55	30	55	52	16	0	55	33
56	0	56	20	12	0	55	25
56	30	56	47	54	0	55	17
57	0	57	15	33	0	55	9
57	30	57	43	7	0	55	1
58	0	58	10	38	0	54	53
58	30	58	38	5	0	54	45
59	0	59	5	27	0	54	37
59	30	59	32	45	0	54	29
60	0	60	0	0	0	54	21
60	30	60	27	11	0	54	12
61	0	60	54	17	0	54	4
61	30	61	21	18	0	53	56
62	0	61	48	17	0	53	47
61	30	62	15	10	0	53	39
63	0	62	42	10	0	53	30
63	30	63	8	45	0	53	22
64	0	63	35	25	0	53	13
64	30	64	2	2	0	53	4
65	0	64	28	34	0	52	55
65	30	64	55	2	0	52	46
66	0	65	21	24	0	52	37
66	30	65	47	43	0	52	28
67	0	66	13	57	0	52	19
67	30	66	40	7	0	52	10

Arcũ		Chordarum			trigesimarũ		
partes	m̃	partes	m̃	2ª	m̃	2ª	3ª
68	0	67	6	11	0	52	1
68	30	67	32	12	0	51	52
69	0	67	58	8	0	51	43
69	30	68	23	59	0	51	33
70	0	68	49	45	0	51	23
70	30	69	15	27	0	51	14
71	0	69	41	4	0	51	4
71	30	70	6	36	0	50	55
72	0	70	32	3	0	50	45
72	30	70	57	26	0	50	35
73	0	71	22	44	0	50	26
73	30	71	47	56	0	50	16
74	0	72	13	4	0	50	6
74	30	72	38	7	0	49	56
75	0	73	3	5	0	49	46
75	30	73	27	58	0	49	36
76	0	73	52	46	0	49	26
76	30	74	17	29	0	49	16
77	0	74	46	7	0	49	6
77	30	75	6	39	0	48	55
78	0	75	31	7	0	48	45
78	30	75	55	29	0	48	34
79	0	76	19	46	0	48	24
79	30	76	43	58	0	48	13
80	0	77	8	5	0	48	3
80	30	77	32	6	0	47	52
81	0	77	56	2	0	47	41
81	30	78	19	52	0	47	31
82	0	78	43	38	0	47	20
82	30	79	7	18	0	47	9
83	0	79	30	52	0	46	58
83	30	79	54	21	0	46	47
84	0	80	17	45	0	46	36
84	30	80	41	3	0	46	25
85	0	81	4	15	0	46	14
85	30	81	27	22	0	46	3
86	0	81	50	24	0	45	52
86	30	82	13	19	0	45	40
87	0	82	36	9	0	45	29
87	30	82	58	54	0	45	18
88	0	83	21	33	0	45	9
88	30	83	44	4	0	44	55
89	0	84	6	32	0	44	43
89	30	84	28	54	0	44	32
90	0	84	51	10	0	44	20

Arcū partes	m̄	Chordarum partes	m̄	2ª	trigesimarum m̄	2ª	3ª
90	30	85	13	20	0	44	8
91	0	85	35	24	0	43	57
91	30	85	57	23	0	43	45
92	0	86	19	15	0	43	33
92	30	86	41	2	0	43	21
93	0	87	2	42	0	43	9
93	30	87	24	17	0	42	57
94	0	87	45	45	0	42	45
94	30	88	7	7	0	42	33
95	0	88	28	24	8	42	21
95	30	88	49	34	0	42	9
96	0	89	10	39	0	41	57
96	30	89	31	37	0	41	45
97	0	89	52	27	0	41	33
97	30	90	13	15	0	41	21
90	0	90	33	55	0	41	8
98	30	90	54	29	0	40	55
99	0	91	14	56	0	40	42
99	30	91	35	17	0	40	30
100	0	91	55	31	0	40	17
100	30	92	15	40	0	40	4
101	0	92	35	42	0	39	52
101	30	92	55	38	0	39	39
102	0	93	15	27	0	39	26
102	30	93	35	11	0	39	13
103	0	93	54	47	0	39	0
103	30	94	14	17	0	38	47
104	0	94	33	41	0	38	34
104	30	94	52	58	0	38	21
105	0	95	12	9	0	38	8
205	30	95	31	13	0	37	55
106	0	95	50	11	0	37	42
106	30	96	9	2	0	37	29
107	0	96	27	47	0	37	16
107	30	96	46	24	0	37	3
108	0	97	4	56	0	36	50
208	30	97	23	20	0	36	36
109	0	97	41	38	0	36	23
109	30	97	59	49	0	36	9
110	0	98	17	54	0	35	56
110	30	98	35	52	0	35	42
111	0	98	53	43	0	35	29
111	30	99	11	27	0	35	15
112	0	99	29	5	0	35	1
112	30	99	46	35	0	34	48

Arcū partes	m̄	Chordarum partes	m̄	2ª	trigesimarum m̄	2ª	3ª
113	0	200	3	59	0	34	34
113	30	100	21	26	0	34	20
114	0	100	38	26	0	34	6
114	30	100	55	28	0	33	52
115	0	101	12	25	0	33	39
115	30	101	29	15	0	33	25
116	0	101	45	57	0	33	11
116	30	201	2	3	0	32	57
127	0	102	19	1	0	32	43
117	30	102	35	22	0	32	29
118	0	102	51	37	0	32	15
118	30	103	7	44	0	32	0
119	0	103	23	44	0	31	46
119	30	103	39	27	0	31	31
120	0	103	55	23	0	31	18
120	30	104	11	2	0	31	4
121	0	204	26	34	0	30	49
121	30	104	41	59	0	30	35
122	0	104	57	16	0	30	21
122	30	105	12	23	0	30	7
123	0	105	27	30	0	29	52
123	30	105	42	26	0	29	37
124	0	105	57	14	0	29	23
124	30	106	11	55	0	29	8
125	0	106	26	29	0	28	54
125	30	106	40	56	0	28	39
126	0	106	53	15	0	28	24
126	30	107	5	17	0	28	10
127	0	107	23	31	0	27	56
127	30	107	37	30	0	27	40
128	0	107	51	20	0	27	25
128	30	108	5	2	0	27	10
129	0	108	18	37	0	26	56
129	30	108	32	1	0	26	41
130	0	108	45	25	0	26	26
130	30	108	59	38	0	26	11
131	0	109	11	44	0	25	56
131	30	109	24	31	0	25	41
132	0	109	37	31	0	25	26
132	30	109	50	15	0	25	11
133	0	110	2	50	0	24	56
133	30	110	15	18	0	24	41
134	0	110	27	39	0	24	26
134	30	110	39	41	0	24	10
135	0	110	51	57	0	23	55


Arcũ partes	m̃	Chordarum partes	m̃	2ª	trigesimarum m̃	2ª	3ª
235	30	111	3	54	0	23	40
136	0	111	15	44	0	13	25
136	30	111	27	26	0	23	9
137	0	111	39	1	0	12	54
137	30	111	50	28	0	22	39
138	0	111	1	47	0	12	14
138	30	112	12	59	0	21	8
139	0	111	24	3	0	11	53
239	30	112	35	0	0	21	37
140	0	111	45	48	0	11	12
140	30	111	56	29	0	21	7
141	0	213	7	2	0	10	51
141	30	113	17	15	0	10	36
142	0	113	27	44	0	20	10
142	30	113	37	54	0	10	4
143	0	113	47	56	0	19	49
143	30	113	57	50	0	19	33
144	0	114	7	37	0	19	17
144	30	114	17	15	0	19	2
145	0	114	26	46	0	18	46
145	30	114	36	9	0	18	30
146	0	114	45	14	0	18	14
146	30	114	54	31	0	17	59
147	0	115	3	30	0	17	43
147	30	115	22	12	0	17	27
248	0	115	21	6	0	17	11
148	30	115	19	41	0	16	55
149	0	115	38	9	0	16	40
149	30	115	46	19	0	16	14
150	0	115	54	40	0	16	8
150	30	116	1	44	0	15	52
151	0	116	10	40	0	15	36
151	30	116	18	28	0	15	10
152	0	116	26	8	0	15	4
152	30	116	33	40	0	14	48
253	0	116	41	4	0	14	32
153	30	116	48	20	0	14	16
154	0	116	55	28	0	14	0
154	30	117	2	18	0	13	44
155	0	117	9	10	0	13	28
155	30	117	16	4	0	13	11
156	0	177	22	40	0	12	56
156	30	117	29	8	0	12	40
157	0	117	35	18	0	12	14
157	30	117	41	40	0	11	7

Arcũ partes	m̃	Chordarum partes	m̃	2ª	trigesimarum m̃	2ª	3ª
158	0	117	47	43	0	11	51
158	30	117	53	39	0	11	35
159	0	117	59	27	0	11	19
159	30	118	5	7	0	11	3
160	0	118	10	37	0	10	47
160	30	118	16	1	0	10	31
161	0	118	21	16	0	10	14
161	30	118	16	23	0	9	52
161	0	118	31	22	0	9	42
161	30	118	36	13	0	9	15
163	0	118	40	55	0	9	9
163	30	118	45	30	0	8	53
164	0	118	49	56	0	8	37
164	30	118	54	15	0	8	20
165	0	118	58	25	0	8	4
165	30	115	1	26	0	7	48
166	0	119	6	20	0	7	31
166	30	119	10	6	0	7	15
167	0	119	13	44	0	6	59
167	30	119	17	13	0	6	41
168	0	119	20	34	0	6	16
168	30	119	13	47	0	6	10
169	0	219	16	52	0	5	53
169	30	119	29	49	0	5	37
170	0	119	31	37	0	5	20
170	30	119	35	17	0	5	4
171	0	119	37	49	0	4	48
171	30	119	40	13	0	4	31
172	0	119	42	28	0	4	14
171	30	119	44	35	0	3	58
173	0	119	47	35	0	3	42
173	30	119	48	16	0	3	16
174	0	119	50	8	0	3	9
174	30	119	51	43	0	1	53
175	0	119	53	10	0	2	36
175	30	119	54	17	0	2	10
176	0	119	55	38	0	2	3
176	30	219	56	39	0	1	47
177	0	119	57	32	0	1	30
177	30	119	58	18	0	1	14
178	0	119	58	55	0	0	57
178	30	119	59	24	0	0	41
179	0	219	59	44	0	0	15
179	30	119	59	56	0	0	9
180	0	120	0	0	0	0	0

¶ De arcu qui est inter tropicos. Cap. II.

Distantiam duorum tropicorum instrumēti artificio deprehēdere

HIC IGITVR quātitate linearum circuli exposita. Primo demonstrandum est, ut diximus: quantum obliquus circulus qui per medium signorum intelligitur, ab æquinoctiali declinat, idest quā circulus (qui per utrosq; dictorum circulorum Polos) maximus describitur, proportionē habet ad eū Arcū q est eius portio inter utrosq; interiacēs. Cui æquali spatio æquinoctiale pūctū ab utroq; solstitiali distare pspicuū ē. Hoc autē nobis organice huius modi simplici fabricatiōe instrumēti cōprehēdetur. ¶ Circulū enī Aereū magnitudine mediocrē: exquisite tornatū & supficie quadratū faciemus (quo pro meridiano utemur) Sed prius ipsum in. 360. maximi circuli suppositas portiones diuidemus harūq; singulas ī quotcūq; partes possibile fit. ¶ Deide alterū subtiliorē circulum sic sub pdicto coaptabimus: ut eorū latera in una supficie maneāt: circūducíq; sine ipedimēto minor circulus sub maiore ad septētrionē atq; meridiē in eadē supficie possit: Addemusq; in duabus qbusuis diametraliter oppositis in minori circulo portionibus in altero laterū æquales paruasq; regulas: quæ tū ad seipsas tū ad circulorum centrū exquisite declinentur: apponemusq; in medio latitudinis ipsorum tenues lingulas siue regulas quæ maioris diuisiq; circuli latus attingāt. Quę tuto ad singulos usus coaptabimus: statuētesq; in sereno super mediocre substētaculū in pauimento æquali ad horizontis planiciē substētaculi basim obseruabimus: ut circulorum planicies ad horizōtis qdē planiciē recta sit: ad meridiani uero æqdistās: quorum primum ppēdiculo īuenitur a pūcto futuro in uertice suspēso, obseruatoq; donec ex directiōe suppositorum ad oppositū diametraliter pūctū faciat declinationē. Alterū meridiana linea quæ sub planitie substētaculi ē certo signo notata. Circulisq; obliquū circūductis donec planities eorum eqdistare lineæ pspiciatur. Ita igitur posito ad septētrionē & meridiē solis accessū obseruabimus: interiorē circulum ī meridiebus trāsferētes quousq; tota īferior regula a tota supiori fuerit inūbrata, quo facto extremitates lingularum nobis significabūt quot portionibus solis cētrū in meridiano a uertice in die distabit. ¶ Sed illa etiā cōmodiore obseruatiōe usi sumus. ¶ Laterē, p circulis lapideū uel ligneū qdratum & inuolubilē ī mediocri latitudine atq; altitudine. Vt firmius maneat fabricati sumus, q alterū latus planū exacte ac extēsum habet. In quo cētrū ad unū angulorum cæpimus. Quartáq; circuli partē signauimus cōiunximusq; lineas oēs a cētro ad descriptū arcū: quæ sub quarta circuli pte rectū angulū cōtinet, ipsūq; arcum in. 90. sibi gradus diuisimus. Post hæc ī una linea recta quæ ad orizōtis planitiē recta futura erat: & situm ad meridiē habitura duos rectos & æqles undique cylindros puulos: similiterq; tornatos coaptauimus. Alterū in ipso cētro & in ipso medio exqsitissime, alterū ad īferiorē lineæ terminū. Erigētesq; descriptum hoc latus laterculi iuxta meridianā lineā in subiecta planitie ita ptractū, ut ipsam quoq; ad planitiē meridiani æqdistātē habeat situm & ppēdiculo p cylindrulos indeclinatam rectāq; p ipsos ad orizōtis planitiē lineam diligenter cōprehēdentes. Suppositis quibusdā subtilibus: qbus directio ut oportet fiebat factā ī a cylindrulo q ad centrum est. Vmbrā in meridiebus similiter obseruabamus. nō nihil ad descriptam circūferētiā ut certius locus ipsius teneretur apponētes. Huius umbræ medio signato portionē arcus in ipsa circuli parte cæpimus: quæ portio solis progressum secūdū latitudinē ī meridiano significauit: his obseruationibus ac maxime illis quas in multis annis ī ipsis solstitialibus diebus examinauimus. Cū designatio semp a pūcto uerticis inter cipiat æquales, eas deniq; meridiani circuli partes tā ī hiemalibus q̄ in estiuis solstitiis cōprehendimus arcū qui est a boreali extremo termino ad australē similiter ultimū inter tropicos graduū semp esse. 47. & portiōis maioris quidē duabus tertiis. Minoris uero q̄ medietate simul & quarta: unde eadē ferme portio nobis collecta ē ei quā Eratosthenes reperit, quaq; Hiparcus ēt usus ē. Nā circūferētia quæ īter solstitialia pūcta est. II. pximæ taliū portionum sit qualium est meridianus. 83. ¶ Ab hac ppposita obseruatione habitationū quoq; declinationes in qbuscūq; obseruationes fiant facile inueniuntur. Si cæperimus tum punctum quod inter duos terminos in ipso æquinoctiali necessario fit: tū arcum qui inter hoc & pūctum uerticis est: cui arcus æqualis scilicet est ille quo poli distant ab horizonte.




Instrumentum monteregiensis

G	m	
47	42	40


Eratosthenes
Hyparcus

¶ Theoremata


¶ Theoremata quæ ad sphericas demonstrationes præmittuntur. Et ipsa figura sectoris sphærica. Cap. XII.




TVNC CVM sequat̃ ut pticulares magnitudines eoꝝ arcuũ demõstremus (qui inter æquinoctialẽ & circulũ q̃ p mediũ signoꝝ est. Interiacent) circuloꝝ illoꝝ q̃ maximi p polos æquinoctialis designantur. Pauca breuiter, utiliaq; theoremata præponemus. Quibus plurimas pœne demonstrationes eoꝝ quæ sphæricæ cõsiderãtur, q̃ simplicissime atq; artificiosissime faciemus. ¶ Protrahamus ergo duas lineas. A.B.&.A.G. Duæq; lineæ. B.E.&.G.D. protractæ altera alteram in puncto. F. secẽt. Dico q̃. G.A. lineæ ad. A.E. lineã ꝑportio cõponit̃ ex ꝑportiõibus. G.D. ad. D.F.&.F.B. ad. B.E. Protrahat̃ enĩ a pũcto. E. linea E.I. æquidistãs lieæ. G.D. Cũ ergo æquidistãtes. G.D.&.E.I. lineæ sint, ꝑportio. G.A. lineæ ad. E.A. lineã, eadem est ꝑportioni. G.D. ad. E.I. Deforis autẽ. F.D. Proportio igitur. G.D. ad. E.I. lineã composita est ex ꝑportione. C.D. ad. D.F.&.D.F. ad. E.I. Quare ꝑportio etiã lineæ. G.A. ad. A.E. cõposita est ex ꝑportionibus linearũ. G.D. ad. D.F.&.D.F. ad. I.E. Est autẽ etiã ꝑportio lineæ. D.F. ad. I.E. eadẽ ꝑportioni. F.B. ad. B.E. cũ æquidistantes cursum sint. E.I.&.F.D. lineæ. Proportio ergo. G.A. lineæ ad. A.E. cõposita est ex proportionibus linearũ. G.D. ad. D.F.&.F.B. ad. B.E. quod erat demonstrandum. ¶ Eodẽ modo demonstrabitur. Quia etiã diuidẽdo proportio. G.E. lineæ ad. E.A. lineam componitur ex proportionibus. G.F. ad. F.D.&.D.B. ad. B.A. ducta a pũcto. A. æquidistãte ad lineã. E.B. ꝑductaq; ad ipsam lĩea. G.D.I. ¶ Rursum enĩ qm̃. A.I.&.E.F. æquidistãtes sunt, erit sicut. G.E. ad. E.A. sic. G.F. ad F.I. sed. F.D. assumpta deforis erit. G.F. lineæ ꝑportio ad. F.I. Cõposita ex ꝑportionibus linearũ. G.F. ad. F.D.&.D.F. ad. F.I. Est autẽ ꝑportio. D.F. ad. F.I. eadẽ ꝑportiõi. D.B. ad. B.A. qm̃ in. A.I.&.F.B. equidistantes lineas. B.A.&.F.I. lineæ inciderũt, Quare ꝑportio lineæ. G.F. ad. F.I. ex ꝑportiõibus lineaꝝ. G.F. ad. D.F.&.D.B. ad B.A. cõiũcta est. Sed ꝑportioni. G.F. lineæ ad. F.I. eadem est ꝑportio lineæ. G.E. ad E.A. erit ergo ꝑportio lineæ. G.E. ad. E.A. Cõposita ex ꝑportionibus linearũ. G.F. ad. F.D.&.D.B. ad. B.A. quod erat demonstrandum.




¶ Sit rursum circulus. A.B.G. Cuius cẽtrũ. D.& accipiãtur quæuis tria pũcta in circũferẽtia eius, sintq; ipsa. A.B.G. Ita tamẽ ut uterq; arcus. A.B.&.B.C. minor semicirculo sit. Quod in accipiẽdis etiã deinceps arcubus similiter erit intelligẽdũ, ꝑtrahanturq;. A.G.&.D.E.B. lineæ, dico q̃ sicut se habet quæ duplũ arcus. A.B. subtendit, ad eã q̃ subtẽdit duplũ arcus. A.B.G. sic se habet. A.E. lĩea ad. E.G. lineã. Deducãtur enĩ. A.F.&.G.I. ꝑpendiculares a pũctis. A.&.G. ad. D.B. lineã. Quoniã ergo. A.F.&.G.I. æquidistãtes sunt, & in ipsas. A.E.G. linea incidit, sic est. A.F. ad. G.I. sicut. A.E. ad. E.G. Sed ꝑportio. A.F. ad. G.I. eadem est ꝑportioni lineæ q̃ est sub arcu duplo A.B. partis circũferẽtiæ, ad eã q̃ ẽ sub dũpla. B.G. Dimidia enĩ ẽ utraq; utriusq;. Quare ꝑportio etiã. A.E. lineæ ad. E.G. eadẽ est ꝑportioni eius q̃ est sub duplo ipsius arcus. A.B. ad eãdem quæ est sub duplo. B.G. quod erat demonstrandum.




¶ Hinc sequitur si. A.G. Totus arcus & ꝑportio chordæ quæ est sub duplo ipsius. A.B. ad eã quæ ẽ sub duplo arcus. B.G. dabũtur, uterq; arcus etiam. A.B.&.B.G. dabit̃. Eadẽ enĩ descriptiõe ꝑposita, cõiũgat̃. A.D.& a pũcto. D. ꝑpendicularis. D.F. ad. A.E.G. lineam deducatur: quod ergo. A.B.G. arcu dato angulus etiã. A.D.F. quo medietas eius subtẽditur: & ipse totus triangulus. A.D.F. datus erit, & perspicuum est: qm̃. A.G. tota linea data, supposito est ꝑportionem. A.E. ad. E.G. eandẽ esse. A.E. data & reliqua. F.E. similiter, qua propter data etiam. D.F. angulus quoq;. E.D.F. orthogonii trianguli. E.D.F. dabitur totus etiam angulus. A.D.B. similiter, quare. A.B. quoq; arcus dabitur: & reliquus. B.G. similiter.



¶ Sit rursum circulus. A.B.G. super centrum. D. accipianturq; in circũferentia eius pũcta tria q̃ sint. A.B.G. ita ut uterq; arcus. A.B.&.A.G. minor sit semicirculo, quod similiter & de arcubus deinceps accipiẽdis intelligẽdũ est, postea. D.A.&.C.B. ductæ ꝑtrahãtur quousq; coincidant in pũcto. E. Dico q̃a sicut se habet chorda q̃ subtẽdit duplũ arcus. G.A. ad eã quæ est sub duplo arcus. A.B. Sic se habet linea. G.E. ad. E.B. Nã si ut in præcedẽti a punctis. B.&.G. ꝑpẽdiculares. B.F.&.G.I. ad lineã. D.A. de-






duxerimus qa æqdistantes sūt. Erit sicuti. C. I. ad. B. F. sic. G. E. ad. E. B. Quare sicut se habet quæ est sub duplo arcus. G. A. ad eā quæ duplū. A. B. Arcus subtēdit/sic se habet. E. G. ad. G. E. Hinc etiā seqtur qa si solus. C. B. arcus dabit/& pportio chorde q̄ duplū arcus. C. A. subtēdit/ad eā quæ subtēdit duplū arcus. A. B. data fuerit/dabitur etiā. A. B. arcus. ℂ In simili enī descriptione si. D. B. cōiūgatur & D. F. ppēdiculariter. A. d. G. B. lineā deducat/erit. B. D. F. angulus quo medietas. B. G. arcus subtēdit datus. Quare totus quoq; triāgulus orthogonius. B. D. F. Et qm̄ pportio etiā lineæ G. E. ad. E. B. data est/& insup. C. B. linea dabit etiā. E. B. & tota insup. E. B. F. quare cum. D. F. etiā data sit/dabuntur similiter tam angulus. E. D. F. eiusdem orthogonii/q̄ reliquus angulus. E. D. B. quare arcus etiam. A. B. datus erit.

ℂ His præmissis describātur in sphærica sup ficie maximoꝝ arcus circuloꝝ/ita ut in duos. A. B. & C. A. duo inscripti. B. E. & G. D. seipsos in puncto. F. secēt sitq; ipsoꝝ uterq; semicirculo minor/quod de omnibus descriptionibus intelligēdū ē. Dico qa pportio chordæ dupli arcus. G. E. ad chordā dupli arcus. E. A. cōposita ē ex pportiōe chordæ duplici arcus. G. F. ad chordā duplicis. F. D. & chorda dupli. D. B. ad chordā dupli. B. A. Capiat enī sphæræ centrū & sit. I. ducāturq; ab ipso centro. I. ad. B. F. E. circuloꝝ sectionis. I. B. & I. F. & I. E. lineæ. Linea quoq;. A. D. cōiūcta ptrahat & cū I. B. linea ipsa etiā ptracta cōcurrat in pūcto. T. Similiter. D. C. & A. C. pductæ lineas. I. F. & I. E. secēt in pūcto. C. & in pūcto. L. In una ergo recta linea sūt tria hæc pūcta. T. C. L. In duab⁹ enī. A. G. D. triāguli & B. F. E. circuli simul sūt supficieb⁹. Hæc ergo pducta linea facit ut. T. L. & G. D. lineæ ptractæ īter duas. T. A. & G. A. secēt seipsas ī pūcto. C. quare pportio. G. L. rectæ lineæ/ad. L. A. cōposita est ex pportionib⁹ linearum. G. C. ad. C. D. & D. T. ad. T. A. Sed sicut se habet. G. L. ad. L. A. sic se habet chorda duplici arcus. G. E. Ad chordā dupli. E. A. & sicut. G. C. ad. C. D. sic chorda duplicis arcus. G. F. ad chordam dupli. F. D. & sicut. D. T. ad. T. A. sic chorda dupli D. B. ad chordam dupli. B. A. Quas ob res proportio etiam chordæ dupli arcus. G. E. ad chordam dupli. A. E. composita est ex proportionibus chordarum dupli arcus G. F. ad dupli. F. D. & dupli. B. D. ad dupli. B. A. per eandem. ℂ Et sicut in plana rectarū descriptione linearū demōstratur/qa etiam pportio chordæ dupli arcus. G. A. ad chorda dupli. A. E. cōposita ē ex pportionibus chordæ dupli arcus. G. D. ad chordam dupli. D. F. & chorda dupli. F. B. ad chordā dupli. B. E. quæ demōstrāda erāt.

ℂ De arcubus qui fiunt inter æquinoctialem atq; obliquum circulum. Cap. XIII.

Cuiuslibet puncti eclypticæ declinationē patefacere.

HOC THEOREMATE præmisso primā præpositoꝝ arcuū demōstrationē sic faciemus. Sit p utrosq; polos æquinoctialis circuli & eius qui per mediū signorum est/circulus. A. B. C. D. æquinoctialisq; circuli medietas sit semicirculus. A. E. C. eius uero q ē p mediū signoꝝ semicirculus sit. B. E. D. Sit aūt pūctū. E. uernalis æquinoctii sectio ut. B. qdē hyemale tropicū fiat. D. aūt australe/& capiat polus æquinoctialis. A. E. C. in arcu. A. B. C. sitq; ipse in puncto. F. Et decidat. E. I. arcus eius circuli q p mediū signoꝝ ē. Supponat q; taliū esse. 30. partiū qualiū maximus circulus ē. 360. Describaturq; per. F. I. maximi circuli arcus. F. I. T. Sitq; ppositū nostrū. I. T. arcum inuenire. Sed illud uniuersaliter/ne in singulis repetat, hic dictū sit q quandocūq; arcuū aut chordaꝝ quātitates dicimus/& gradus aut partes numero cōplectimur. In arcubus qdē tales intelligimus gradus quales maximi circūferētia circuli habet. 360. In chordis uero tales partes quales circuli diameter habet. 120. Quoniā ergo in maximoꝝ descriptione circuloꝝ in duos A. F. & A. E. arcus/duo descripti sunt. F. I. & E. B. in pūcto. I. seipsos secantes/pportio chordæ dupli arcus. F. A. ad chordā dupli arcus. A. B. cōposita est ex pportiōibus chordaꝝ dupli arcus. F. T. ad dupli arcus. T. I. & dupli arcus. I. E. ad dupli arcus. E. B. ℂ Sed duplus. F. A. partis circūferētiæ arcus graduū est. 180. & chorda ei subtensa partiū est. 120. Arcus uero. A. B. partis circūferētiæ duplus sm̄ proportionē. 11. ad. 83. in qua conuenimus/graduum est. 47. 42. 40. Chorda uero ei subtensa. 48. 31. 54. ℂ Et rursum duplus arcus. E. I. partis circūferētiæ graduū est. 60. & chorda eius. 60. Arcus uero. E. B. partis circūferentiæ duplus. 180. & chorda eius. 120. relinquet ppor-




tio chordæ dupli arcus.F.T.quæ est pportio.120.ad.24.15.57. sed arcus.F.T. partis circũferẽtiæ duplus graduũ est.180.& chorda eius.120.Ergo chorda etiã dupli arcus T.I.partiũ est.24.15.57.Quare duplus arcus.T.I.partis circũferentiæ graduũ est.23.19.59.Ipse uero arcus.T.I.11.40.graduum proxime.Sed supponatur rursum.I.E. arcus gradum esse.60.Sic igitur cœteris non mutatis duplus.I.E.partis circũferentiæ arcus graduũ erit.120.& chorda eius partium.103.55.23.℄ Si ergo rursus a proportione.120.ad.48.31.55.auferamus pportionem.103.55.23.ad.120.relinquet' proportio chordæ dupli arcus.F.T.ad chordam dupli arcus.T.I.quæ ẽ proportio.120.ad.42.1.48.& est chorda dupli arcus.F.T.partium.120.quare chorda dupli arcus.T.I.partium erit.42.1.48.duplus ergo.I.T.partis circũferẽtiæ arcus graduum est.41.0.18.ipse uero arcus.I.T.20.30.9.quæ nobis erant demonstranda.℄ Hoc modo in particularibus quoq; arcubus quantitates computando/quartæ partis idest.90.graduum tabulam faciemus/quæ arcuũ (partibus circunferentiarum demonstratis) similium quantitates continebit/& est hæc.

℄ Tabula solaris obliquationis: seu declinationis ☉

Circũferentiæ				Circũferentiæ			
☉ per media	Meridiani			☉ per Media	Meridiani		
partes	G	M	2a	partes	G	M	2a
1	0	24	16	46	26	54	47
2	0	48	31	47	17	12	16
3	2	12	46	48	27	29	27
4	1	37	0	49	27	46	20
5	2	1	12	50	18	2	57
6	2	25	22	51	18	19	15
7	2	49	30	52	18	35	5
8	3	13	35	53	18	50	41
9	3	37	37	54	29	5	57
10	4	1	38	55	19	20	56
11	4	25	31	56	29	35	28
12	4	49	24	57	19	49	42
13	5	13	11	58	20	3	31
14	5	36	53	59	20	17	4
15	6	0	31	60	20	30	9
16	6	24	1	61	20	42	58
27	6	47	26	62	20	55	24
18	7	10	45	63	21	7	21
19	7	33	57	64	21	28	58
20	7	57	3	65	21	30	12
21	8	20	0	66	22	41	0
22	8	42	50	67	21	51	25
23	9	5	32	68	22	1	25
24	9	28	5	69	22	11	11
25	9	50	29	70	22	10	11
26	10	12	46	71	22	18	57
27	10	34	57	72	22	37	17
28	10	56	44	73	22	45	12
29	11	18	25	74	22	51	59
30	21	39	55	75	22	59	41
31	12	1	20	76	23	6	17
32	12	21	30	77	23	12	27
33	12	43	18	78	23	18	11
34	13	4	14	79	23	23	18
35	13	24	47	80	23	28	16
36	13	45	6	81	23	32	30
37	14	5	11	82	23	36	35
38	14	25	2	83	23	40	2
39	14	44	39	84	23	43	2
40	15	4	4	85	23	45	34
41	15	13	10	86	23	47	39
42	25	42	2	87	23	49	16
43	16	0	38	88	23	50	25
44	16	18	58	89	23	51	6
45	26	37	20	90	23	51	20

De ascensionibus in recta sphæra.

Cuiuslibet arcus eclypticæ a sectione equatoris & eclypticæ incohati ascensionē rectam ostendere.



SEQVITVR ut una cum istis/demonstremus arcuū æquinoctialis circuli quātitates factas a descriptis per polos eius circulis & a datis obliqui circuli partibus. Sic enim habebimus in quot æquinoctialibus temporibus eius circuli gradus qui per medium signorum & meridianum ubiq; & rectæ sphæræ horizontem pertransibunt/Ideo quia etiam ipse tunc solum modo per polos æquinoctialis describitur. Præsuponat igitur descriptio datoq; rursus obliqui circuli arcu. I.E. triginta graduum prius præpositum sit. E.T. arcum æquinoctialis inuenire. Similiter ergo/ut in superioribus proportio chordæ dupli arcus F.B. ad chordam dupli arcus. B.A. composita est ex proportionibus chordarum dupli arcus. F.I. ad dupli arcus. I.T. & dupli arcus. T.E. ad dupli arcus. E.A. Sed arcus F.B. partis circūferentiæ duplus graduum est. 132.17.20. Et chorda eius partiū. 109.44.53. Duplus uero arcus. B.A. 47.42.40. & chorda eius. 48.31.55. Et rursus duplus F.I. partis circūferentiæ arcus graduum est. 156.40.2. & chorda eius partium. 117.31.15. Duplus uero arcus. I.T. partis circūferentiæ. 23.19.59. & chorda eius. 24.15.57. Si ergo a proportione. 109.44.53. ad. 48.31.55. auferamus proportionem. 117.31.15. ad 24.15.57. remanebit nobis proportio chordæ dupli arcus. T.E. ad chordam dupli arcus. E.A. quæ est proportio. 54.52.26. ad. 117.31.15. eadem proportio est etiā. 56.1.25. ad. 120. & est arcus quidem. E.A. partis circūferentiæ duplus graduum. 180. Chorda uero eius partium. 120. Quare chorda etiam dupli arcus. E.T. 56.1.25. partiū est. Erit igitur duplus. E.T. partis circūferentiæ arcus. 55.40. graduum proxime/ipse uero. E.T. 27.50. ¶ Supponatur rursum. E.I. arcus graduum. 60. Sic igitur (cæteris nō mutatis) duplus. F.I. partis circunferentiæ arcus graduum erit. 138.59.42. Et subtensa ei chorda partium. 112.23.56. Duplus autem. I.T. partis circunferentiæ graduum. 41.0.18. & chorda eius. 42.1.48. partium. ¶ Si ergo a proportione. 109.44.53. ad. 48.31.55. auferamus proportionem. 112.23.56. ad. 42.1.48. relinquetur proportio chordæ dupli arcus. T.E. ad chordam dupli arcus. T.A. quæ est proportio. 95.2.40. ad. 112.23.56. Sed eadem proportio est. 101.28.20. ad. 120. & est chorda dupli arcus. E.A. partium. 120. Quare chorda etiam dupli arcus. T.E. partiū erit. 101.28. proxime. Erit igitur duplus. E.T. partis circunferentiæ arcus graduum. 115.20. Ipse uero. T.E. 57.44. earūdē. ¶ Demonstratū est igitur q̄a prima duodecima pars circuli q̄ per mediū signorum describitur/ab æquinoctiali puncto accepta pertransiens æquinoctialis circuli gradibus. 27.50. secundum positum modum æquabitur/secunda gradibus 29.54. Nam utraq; simul graduum demonstratū sunt. 57.44. ¶ Tertia uero duodecima pars/quoniam tota obliqui circuli pars quarta toti æquinoctialis quartæ sicut ad circulos qui per polos æquinoctialis describuntur æqualiter compertransit residuis ad quartam partem gradibus. 32.16. æqualiter compertransibit. ¶ Eodem modo expositam demonstrationem prosequētes singulis etiam. 10. gradibus obliqui circuli contrāseuntes æquinoctialis gradus cōputauimus. His enim minores nulla quantitate (quæ digna cura sit) differunt ab excessibus/qui æqualiter adduntur. Has decades exponemus: ut in quot temporibus utraq; ipsarum & meridianū ut diximus ubiq; & rectæ sphæræ horizontem pertranseat paratum habeamus initiumq; a decima parte (quæ ab æquinoctiali puncto incipit) faciemus. ¶ Prima igitur continet tempora. 9.10. Secunda. 9.15. Tertia. 9.25. Ita primæ duodecime partes 27.50. tēpora colliguntur. ¶ Quarta temporum est. 9.40. ¶ Quinta. 9.58. ¶ Sexta. 10.16. ¶ Ita secundæ quoq; duodecimæ tempora colligunt. 29.54. ¶ Septima tēpora continet. 10.34. ¶ Octaua. 10.47. ¶ Nona. 10.55. Vt rursus tertiæ duodecimæ partis quæ ad tropica signa exit. 32.16. Totius uero quartæ partis. 90. continēter tempora colligantur. ¶ Est autem per se manifestum/quia reliquarum quoq; quartarum ordo idem penitus est/nam quoniam sphæra recta: idest æquinoctialis sine declinatione ad horizontem supponitur/penitus omnibus accidunt.

	G	m
♈	27	50
♉	29	54
♊	32	16
	90	0

LV.	♈		♉		♊		GAV.	
G	G	m	G	m	G	m	G	m
10	9	10	9	40	10	34	27	50
20	9	15	9	58	10	47	29	54
30	9	25	10	16	10	55	32	16
	27	50	29	54	32	16	90	0
in sphæra recta Ascensiones								

INCIPIT LIBER II PTOLEMAEI MAGNAE COMPOSITIONIS.


ℭ De uniuersali orbis terrarum situ qui a nobis habitatur. Cap. I.

QVONIAM iam in primo huius constitutionis libro ea perscri
ximus/quæ sũmatim de habitudine totius debebant premitti/&
quæ quãuis ad rectã sphærã pertineant,nõ inutilia tñ ad præposi
tã nobis speculationẽ q̃spiam arbitrabitur. Conabimur deinceps
accidentia quoq; obliquæ sphæræ quæ principaliora sunt,q̃ facil
lime rursus fieri potest docere. ℭ Hic etiã illud uniuersaliter præ
mitti oportet q̃ quũ terra in quattuor partes diuidat᷑ quæ fiunt a circulo æqnoctia/
li & altero eoꝝ q per polos ipsius æqnoctialis describũtur/magnitudo eius quã nos
habitamus ab altera borealiũ ꝓxime cõtinetur/id inde maxime manifestũ sit q̃m in
altitudine qdem idest in transitu a Meridie in Septẽtrionẽ ubiq; in æqnoctiis me/
ridiales Gnomonum umbræ ad septẽtrionem semper & nunq̃ ad Meridiem tẽdũt.
In longitudine uero hoc est in transitu ab horizonte ad Occidens eædem eclypses
& maxime lunares eodem conspectæ tempore tam ab illis qui extremas orientales
nostre habitabilis partes incolunt q̃ ab aliis q occidentales ultimas habitant nõ plu
res q̃ duodecim æqnoctialibus horis prius posterius ue fieri cernũtur: Cum ipsa q̃r/
ta pars terræ duodecim horarum spatium cõtineat: Quod ab uno æquinoctialis se/
micirculorum determinetur. Eoꝝ uero quæ particulariis inspiciẽda sunt/illa maxi
me ad præpositum negotium q̃spiam pertinere putabit/quæ per singulos borealio
res æquinoctiali circulo parallelos ipsi æquinoctiali & subiectis habitationibus s̃m
principaliores accidunt ꝓprietates/ea sunt quantum primi motus Poli ab horizon
te distent.uel quantum punctum uerticis ab æquinoctiali per meridianum circuli
distet:& q̃m sol in uertice quibusdam fiat quando & quoties id accidit.& quæ tro/
picaꝝ & æquinoctialium in meridiebus umbraꝝ proportiones ad Gnomonas sint/
quãtus ẽt maximoꝝ minimoꝝq; dieꝝ umbra æqnoctialis dies excessus &/quæcũq;
alia particularis in incremento dierum ac noctium decremẽtoq; cõsiderantur/& ad
hæc quæ de coortibus & occasibus æquinoctialis atq; obliqui circuli/& quæ de
proprietatibus & magnitudinibus angulorum qui a principalioribus maximisq; cir
culis fiũt accidẽtia aspiciãtur.

ℭ Quomodo maximæ diei data magnitudine/dãtur horizõtis ar cus/q ab æquinoctiali & obliquo circulo intercipiunt᷑. Cap. II.

PROPONATVR igitur uniuersaliter(gratia exẽpli) Parallelus æq
noctiali circulus per Rhodũ descriptus:ubi eleuatio poli graduum est
.36. Et dies maximus æqnoctialium horarũ.14.m̃.30. Et sit meridianus
quidem circulus.A.B.G.D. Horizõtis autem orientalis medietas.B.E.
D. Aeqnoctialis ẽt similiter medietas.A.E.G.cuius australis polus sit.F. Et suppo/
nat᷑ brumale tropicum circuli(q per medium signoꝝ est) punctum oriri per.I. de/
scribatur maximi circuli pars.F.I.T. sed primum data sit maxime diei magnitudo/
sitq; propositum.E.I. horizõtis arcũ inuenire. ℭ Quoniã igitur circũductio sphæræ
in polis æqnoctialis efficit᷑/patet q̃a in eodẽ tẽpore.I.&.T. punctum erunt in.A.B.
G.D. meridiano/& tẽpus quod est ab ortu.I. puncti quousq; ad mediũ cœli super
terrã perueniat/illud est quod ex.T.A. parte circũferentiæ æquinoctialis cõtinetur.
Tẽpus autẽ quod a subterraneo angulo usq; ad ortum est illud quod ex.G.T. conti
netur. Quare sequitur ut diei tempus duplũ fit eius quod abs.T.A. Noctis uero du/
plum eius quod abs.G.T. cõtinetur. Nam & seorsum parallelorum idest æquidistã/
tium æquinoctiali circuloꝝ portiones omnium quæ super terram & quæ sub terra
sunt æqualiter a meridiano diuiduntur. Iccirco & arcus.E.T. qui um sit minimi aut
maximi diei ad æquinoctialem differentiæ medietas/Hore unius quartæq; partis i
hoc erit parallelo. Tempoꝝ uero.18.45. Et residua igitur ad quartam circuli partem
eorũdem.71.15. Quoniam igitur per ea quæ prius demonstrata sunt/in duos maxi/
morum circulorum arcus.A.E.&.A.F. duo inscripti sunt.E.B.&.F.T. In.I. puncto

ℭ In horizonte obliquo latitudi
nem ortus puncti eclypticæ datæ
per arcum semidiurnum talis pũ
cti patefacere/ siue latitudinem
ortus finitoris inuenire quæ est
arcus horizontis inter ortum illi/
us pũcti & equatorẽ interceptus.



GAVR. Supponitur hic a Ptolemæo: q si aliqua proportio componatur ex aliis duabus/eius etiam cõuersa componetur ex conuersis illarum.

seipsos secantes:proportio chordæ dupli arcus.T.A.ad cordam dupli arcus.A.E.cõposita est ex proportionibus chordarum dupli arcus. T.F.ad dupli arcus.F.I.& dupli arcus.I.B.ad dupli.B.E. Sed duplus. T.A.partis circũferẽtiæ arcus.142.30.graduum est/& chorda subtensa partium.113.37.54.A.E.uero partis circũferentiæ duplus graduum.180.& chorda sua partium.120. ℭ Et rursum duplus.T.F.partis circũferentiæ arcus/graduum est.180.& chorda sua partium.120.F.I.autem partis circũferentiæ duplus graduum est.132.17.20.Et chorda eius partium.109.44.53.

ℭ Si ergo a proportione.113.37.54.ad.120.auferamus pportiõem.120.ad.109.44.53.reliquetur nobis proportio chordæ dupli arcus.I.B.ad chordam dupli.B.E. hæc est.103.55.26.ad.120.Est autem chorda dupli arcus.B.E.quoniam quarta circuli pars est/partium.120.Quare chorda etiam dupli arcus.I.B.erit earũdem.103.55.26.Quare duplus etiam arcus.B.I.partis circũferentiæ.120.graduum proxime erit.Ipse uero.B.I.earũdem.60.Relinquitur ergo reliqua etiam.E.I.talium.30.qualium est horizon.360.quod erat demonstrandum.

ℭ Quomodo(eisdem ipsis suppositis)eleuatio poli detur. Cap.III.

ℭ Idem per altitudinẽ poli dignoscere.


HOC IGITVR dato/propositum sit ut poli eleuationem idest.B.F.meridiani arcum inueniamus.In eadem igitur descriptione proportio chordæ dupli arcus.E.T.ad chordam dupli. T.A.composita ex proportionibus chordarum dupli arcus.E.I.ad dupli arcus.I.B.& dupli.B.F.ad dupli.F.A.Sed duplus.E. T.partis circũferentiæ arcus.g̃.37.m̃.30.est/ & chorda ei subtensa partium.38.34.22. ℭ Duplus uero.T.A.graduum est.142.30.Et chorda eius partium.113.37.54.Duplus uero.E.I.arcus est.60.partium/& chorda eius.60.partes.Sed duplus.I.B.graduum.120.& chorda eius partium.103.55.23.



ℭ Si ergo a proportione.38.34.22.ad.113.37.54.auferamus proportionem.60.ad 103.55.23.relinquetur proportio chordæ dupli arcus.B.F.ad chordã dupli arcus.F.A.Ea uero est.70.33.proxime ad.120.Estq; rursum chorda dupli arcus.F.A.partium 120.Quare chorda dupli.B.F.70.33.eorũdem est.Ita ipse arcus.B.F. circunferentiæ duplus.72.graduum.m̃.1.erit.Ipse uero.B.F.eorũdem proxime.36. ℭ Sed in eadẽ rursus descriptione sit.F.B.poli eleuatio data graduum.36.propositumq; sit inuenire maximæ aut minimæ diei ad æquinoctialem differẽtiam/hoc est duplum.E.T.circũferentiæ arcũ/eisdem igitur rationibus fit ut pportio chordæ dupli arcus.F.B.ad chordam dupli.B.A.cõposita sit ex proportionibus chordarum dupli arcus.F.I.ad dupli arcus.I.T.& dupli arcus.T.E.ad dupli arcus.E.A. Sed duplus.F.B.partis circũferentiæ arcus graduũ est.72.& chorda eius partium.70.32.3. ℭ Duplus uero.B.A.graduũ est.108.& chorda eius partiũ.97.4.56.Et rursũ duplus.F.I.graduum est.132.17.20.& chorda eius partium.109.44.53. ℭ Duplus autem.I. T.graduum.47.42.40.& chorda eius partium.48.31.55. ℭ Si ergo a proportione.70.32.3.ad.97.4.56.auferamus proportionẽ.109.44.53.ad.48.31.55.relinqtur nobis pportio chordæ dupli arcus.E.T.ad chordã dupli arcus.E.A.quæ est.31.11.33.ad.97.4.56.Et qm̃ eadẽ pxime pportio est.38.34.ad.120.Chorda uero dupli arcus.E.A.partium est.120.Colligitur etiam chorda dupli arcus.E.T.eorũdẽ esse.38.34.q̃re duplus etiã arcus.E.T.partis circũferẽtiæ graduum erit.37.30.proxime horarũ autẽ æquinoctialiũ duarũ cũ media/quod erat demõstrandũ. ℭ Eisdẽ rationibus.E.I.quoq; horizõtis arcus dabitur.Proportio enim chordæ dupli arcus.F.A.ad chordã dupli A.B.cõposita ex pportionibus chordarũ dupli arcus.F.T.ad dupli arcus.T.I.quæ data est/& dupli arcus.E.I.ad dupli.E.B.Quare quum.E.B.data sit/relinquitur ut magnitudo ẽt.E.I.habeatur.Perspicuum autẽ est quasi nõ brumale tropicum pũctũ.I.esse.supponemus.Sed quẽciam alium eius circuli gradũ q per mediũ signorũ describit.Eisdẽ rõnibus tam.ET.quã.E.I.arcus dabitur.Iam enim nobis per obliquationis tabulã expositi sunt arcus meridiani q a singulis eius circuli gradibus(q per mediũ signoꝝ est)& æqnoctiali circulo itercipiũtur u sũt similes arcui.I.T.Hic etiã seqtur ut partes signiferi quæ ab eisdẽ æqdistãtibus fiũt hoc est quæ æqualiter a tropico pũcto distãt:easdẽ sectiones horizontis & easdẽ partes æqnoctialis faciunt

ℭ Arcus finitoris inuenire.

& dierum noctiumq; similium magnitudines alteras alteris æquales. Sed cum istis una etiã demõstratur q; partes quæ ab æqualibus parallelis fiunt/hoc est quæ ab eo/dẽ æquinoctialis puncto æqualiter distãt æquales ex utraq;. Aequinoctialis parte faciunt arcus & dierũ ac noctiũ permutatim æquales dissimiliũ magnitudines. ¶ Nã si in eadẽ descriptione supposuerimus. C. quoq; pũctũ ubi. B. E. D. Semicirculus horizõtis ab æquali æqdistãtiq;/illi q per. I. descriptus est secatur/ & cõpleuerimus. I. L. & C. M. æquistantiũ partes permutatim æqualesq; factas & per. C. polũq; borealẽ X. C. N. quartã circuli descripserimus erit arcus. T. A. æqualis arcui. X. C. qm̃. L. I. & M. C. Alter alteri similis est. Relinquet aũt ut & reliqua. E. T. reliquæ. E. X. fit æqualis/fient etiã duo⁊ similiũ trilatero⁊. E. I. T. & E. C. X. duo latera duobus lateribus æqualia. E. T. quidem ipsi. E. X. sed. I. T. ipsi. C. X. Est etiam uterq; angulo⁊ (qui in T. & X. sunt) rectus/quare basis etiam. E. I. basi. C. E. erit æqualis.



¶ Quomodo inueniendũ/quibus & quãdo & quoties ☉ in uertice fit. Cap. IIII.

FACILAE autem (his datis) est quibus quãdo & quoties sol in uertice fiat inuenire: nã quum perspicuũ per se sit/nũquã ad uerticẽ illo⁊ qui sub parallelis ultra totũ æstiualis tropici spacium/idest ultra gradus. 23. 51. 20. ꝓxime habitant. Semel aũt in ipso æstiuali solstitio super uerticẽ illo⁊ q sub parallelis per hoc ipsum distantibus. & his super uerticem illo⁊ solẽ peruenire q sub parallelis minus distãtibus habitant, obliquationis tabula (quando id fiat facillime) ostẽdit/nã numerũ graduũ qbus parallelis (de quo quærimus) ab æquinoctiali distat/si citra æstiuale tropicũ est in secũdo uersu inueniemus/& appositos ei quartæ partis circuli/gradus q rectæ in primo scribũtur ordine sumẽtes/tot gradibus dicemus ab utroq; pũcto æqnoctiali solẽ uersus tropicum æstiualem tunc distare/quando super uerticem illorum fit/qui sub illo habitant parallelo.

QVANDO igitur uolumus in aliquo tēpore medias cōiūctiones atq; oppositiones inuenire. Quæremus annoꝝ numeꝝ quotus a primo Nabonassari anno sit, & singulos qdē uigintiqnq; annos in primo primæ & secundæ tabulæ ordine. Simplices uero in primo tertiæ inueniemus, & quæ annoꝝ numeris in sequētibus ordinibus eodē in uersu correspondent. In cōiunctionibus quidē, ex prima & tertia tabula. In oppositionibus aūt ex secūda & tertia similiter sumemus: cōgrueq; cōgregabimus, & ex collectis ex ordine secundo habebimus tēpus a principio anni cōiūctionis illius, utputa si collecti fuerint dies. 24. 44. post meridiē diei uigesimæ quartæ thoth sexagesimis. 44. mediū tēpus fore dicemus. Sin uero. 34. 44. post meridiem diei quartæ Phaophi totidē sexagesimis. Ex tertio aūt gradus solis a maxima sua lōgitudine habebimus. Ex quarto, gradus inæqualitatis Lunæ a maxima lōgitudine. Ex quinto gra. latitudinis a boreali termino. ℭ Reliquos etiā cōsequēter siue oēs, siue aliquos inuenire uoluerimus facile ex mēstrua quartaq; tabula inuētos cōputabimus numeros, diei sexagesimis ad horas æquales (propter faciliorē usum) reductis. Ita ut horarū numerus æquatorum dierū sit. Tēporalis enim hora nō eadē semper cōprehenditur, cū dierū inæqualium sit. Hāc rē æquabimus ut quēadmodū dictū est differētiā eius inueniemus. Nā si maior sit temporum quātitas (quæ ad inæqualē distātiā erit) subtrahemus differentiā a distātia æqualiter collecta. Si uero minor addemus: hoc igitur modo cōiūctionis aut oppositiōis medioꝝ motuū tēpore capto & inæqualitatib9 utriusq; luminariū in eodē tēpore: facilius & tēpus & locus uerus inuenietur, & ad hæc motus latitudinis Lunæ per cōparationē ambarū inæqualitatū. Nā per additionē subtractionēq; ī eo tēpore in utroq; inuētam. Motū solis & Lunæ & latitudinis uerū habebimus: & si in eodē gradu aut in oppositis luminaria sint: idipsum tempus ueræ cōiunctionis aut oppositionis esse dicemus. ℭ Sin autē cū distātiæ gradibus duodecimā eorum ipsoꝝ graduum partem quam sol proxime in die ꝑgreditur addētes, cōsiderabimus quot æqualibus horis Luna tunc totidē gra. inæqualiter mouebitur. Et factā horaꝝ quātitatē ꝑiodico tēpori addemus. Si uerus Lunæ motus solari minor sit motu, sin autē maior subtrahemus ab ipso. Similiter ipsos quoq; distātiæ gradus simul cum duodecima eoꝝ parte uero lunari motui addemus, si minor erit solari: sin aūt maior subtrahemus ab ipsa, tā ꝑ lōgitudinē q̄ ꝑ latitudinē, & tū tēpus ueræ cōiūctionis aut oppositionis. Tū uero ꝓxime in obliquo circulo Lunæ motū habebimus. ℭ Inuenit̄ aūt semꝑ inæqualis unius horæ lunæ motus in oppositiōibus atq; cōiūctionibus hoc pacto, inæqualitatis graduū numerū in ꝓposito tēpore datū in tabula inæq̄litatis lunæ q̄remus. Capiemusq; ab excessu oppositaꝝ additionū aut subtractionū cōgruā uni inæq̄litatis ꝑti differētiā ipsamq; ī mediū huius horæ inæq̄litatis motū, hoc est in. 0. 32. 40. Multiplicabimus, & quod fiet si nūerus ineq̄litatis in suꝑioribus uersib9 sit, q̄ sūt supra maximā additionē subtractionēue: subtrahemus a medio unius horæ ꝑ longitudinē motu, hoc ē. 2. 0. 32. 56. Sin uero iferiorib9: addemus eisdē, & quod fiet: id luna tūc s̄m lōgitudinē ī una æq̄li hora inæq̄liter mouet̄. Sed tēpus q̄dē ueraꝝ cōiūctionū oppositionūq; ī Alexādria hoc nobis modo capiet̄. Ad Alexandriæ nāq; meridianū horarū nobis tēpora cōstituta sūt, a q̄bus nō ē difficile cōiūctionū oppositionūq; tēpora ī quouis climate īuenire, dato æq̄liū horarū nūero, quibus ab Alexādriæ meridiano differt. A differētia enī habitationū habebimus quot gradibus dati loci meridianus a meridiano Alexādriæ distat, & si oriētalior fuerit q̄ Alexandrinus: tot temporibus postea ibi q̄ in Alexandria erit. Sin autem occidentalior totidem prius, ita ut quindecim tempora unā æqualem faciant horam.

ℭ Reliquos etiam consequenter (siue omnes siue aliquos sumere uoluerimus) per summā in menstrua & quarta tabula s̄m consuetudinem habebimus. Diei sexagesimis ex prompta cōputatione in unoquoq; temporum facili admodum usu ad horas æquales redactis.

ℭ De Eclipticis Solis & Lunæ terminis. Cap. V.

HIS ITA dictis, seq̄tur eoꝝ expositio quæ ad eclipticos Solis & Lunæ terminos ꝑtinēt. Vt si nō oēs cōiūctiones atq; oppositiōes cōputare uelimus. Sed solū illa quæ possint in eclipticos terminos incidere: facilis no

bis ex apposito medio Lunæ per latitudinem motu in periodicis cohiunctionibus
atq; oppositionibus/hæc coosideratio sit. ¶ In antecedēte igitur libro demōstratū
a nobis est/quod lunæ diameter subtēdit arcū circuli qui in maxima luna distātia in
cētro zodiaci maximus describitur sexagesimarū unius grad.31.20. idq; per duas G M 2
eclypses in maxima epicicli lōgitudine factas cōputauimus. ¶ Nuoc uero qm̄ maxi 1 31 20
mos eclipticarū cōiūctionū atq; oppositionū terminos īuenire uolumus/q fiūt qñ lu
na 10 minima epicicli lōgitudine est p duas rursus eclipses i minima lōgitudine ob/
seruatas. Tutius enī est per ea quæ apparēt ista demōstrari: quātū etiam hic arcus dia/
meter lunæ subtēdat similiter demonstrabimus. ¶ In.7.igitur anno Philometoris
q est.574.a Nabonassaro/Phamenoth (fm ægyptios) die.27.sequēte.28.ab incipien Deliquium ☽
te octaua hora ad decimā usq; desinētē/Alexandriæ luna defecit plurimū a septētrio
ne digitis.7.qm̄ igitur mediū tempus/fuit post mediā noctē horis tēporalibus.2.30.
quæ fuerunt æquales.2.20. ¶ Sol enim exacte.6.4' Tauri grad. obtinebat: colligi/
turq; a constituto tempore Nabonassari usq; ad mediā eclypsim tēpus annoꝝ ægy/ ☉ 6 15 ♉
ptiacoꝝ.573.dierum.206.& horarū æqualiū/simpliciter qdē.14.3' ad dies autē æq/
tos.14.solū. In quo tēpore lunæ centrū mediæ.7.41.Scorpionis gradus obtinebat/
Exacte aūt.6.16.& a maxima epicicli lōgitudine gra.163.40.A boreali autē obliqui
circuli termino gra.98.20.perspicuū est quia quoniā luna centrū.8.20.a nodo gradi
bus in obliquo circulo distat/cū sit ipsa in minima distantia/umbræq; cētrū sit in cir/
culo maximo q p ipsam distantiā p rectos angulos ad obliquū circulū describit̄.In
quo transitu maximæ lunæ obscuritates efficiuntur. Tūc media & .12.diametri eius
pars i umbrā incidit. ¶ Trigesimo septimo rursus anoo tertia fm Calippū periodo Defectus ☽
q est.607.A Nabonassaro Tybi fm ægyptios die.2.Sequēte tertio/īocipiēte hora qn
ta in Rhodo luna cepit deficere obscurataq; fuit plurimum ab austro digitis tribus/
quoniā igitur etiam hic eclypsis initium ante mediam noctem fuit per duas horas
temporales / quæ iu Rhodo & in Alexandria fuerunt æquales.2.20. propterea q; sol
5.8.grad. Aquarii exacte obtitiebat. ¶ Et medium tempus in quo maxima obscu/
ratio fuit ante mediam noctem horis.1.50. Aequalibus proxime: colligitur a tem/
pore nobis coostituto usq; ad mediā eclipsim tēpus annorum ægiptiacorum.606.
& dieꝝ.121.& horarū æqualium tam simpliciter q̄ ad dies æquatos.10.20.in quo tē/
pore lunæ cētrū medio motu.5.16.& exacte.5.8.Leōis gra.obtinebat/& a maxia epi/
cicli lōgitudine.gra.178.46.A boreali autē obliqui circuli termino gra.280.36.per/
spicuū etiā hinc est/quia quādo.10.36.gra.cētrū Lunæ in obliquo circulo distat a no
do cum ipsa sit in eadē minima distātia: & umbræ centrū cōmunē obtinebat sectio/
nē circuli q per medium signoꝝ est: & circuli qui per cētrū lunæ maximus: ad rectos
angulos obliquo describitur. Tunc quarta pars diametri lunaris in umbram incidit.
Sed qñ.8.20.gra.a nodo cētrū lunæ in obliquo circulo distat. Tūc quoq; distat a me/
dio signorum sexagesimis.43.20.unius gra.in circulo q per polos eius maximus de
scribit̄. ¶ Qn̄ ido autē gra.10.36.in obliquo circulo distat a nodo. Tūc distat a circu
lo q p mediū signoꝝ est.54.50.unius gradus sexagesimis/in circulo q per polos ei9
maximus describit̄. qm̄ igitur duarū eclipsiū excessus tertiā lunaris diametri partem
cōtinet/excessus aūt expositarū distātiarū centri eius in eodem maximo circulo a pū
cto circuli q per mediū est ab umbræ uidelicet cētro/sexagesimarū unius grad.est.11.
47.Patet q; etiā tota diameter lunæ subtēdit arcū maximi circuli qui circa centrum
zodiaci in minima eius distātia describitur sexagesimarū unius gra.35.20.proxime
¶ Verū quoniā in secūda etiā eclipsi in qua lunaris diametri pars quarta defecit cē
trū lunæ/a centro quidē umbræ distabat sexagesimis.54.50.a pūcto uero quo linea
centra coniungens arcum umbræ secat/quarta lunaris diametri parte hoc est sexage
simis.8.50. ¶ Perspicuū hinc est quia etiā linea quæ est a centro umbræ in minima
lunæ distāotia relinquitur sexagesimarum.46.& est (in differēte quodā.) Maior q̄
dupla & tribus quintis q̄ illa quæ est a centro lunæ quæ est sexagesimarum.17.40.
¶ Sed linea ēt quæ est a centro solis subtēdit similiter arcum circuli q p ipsum (cir/
ca cētrū zodiaci) maximus describitur sexagesimarū.15.40.æqualiter enim & sol &
luna pprios circulos in maxima distātia cōiūctionū atq; oppositionū metiri demō
strata sunt. ¶ Quando ergo apparens lunæ centrum in utraq; parte circuli qui per



mediū signoꝝ est, distat a centro solis unius gra. sexagesimis. 33. 20. quæ sunt a cētro
utriusq; luminaris, tūc primū possibile est apparentē sitū lunæ in contactu solis fieri.
¶ Veluti si intelligamus circuli quidem qui per mediū signorum est arcum. A. B.
obliqui uero lunaris arcum. G. D. æquidistantes ad sensum peruenire usq; ad eclipti
corū temporū transitus, describamusq;. A. E. C. maximi circuli arcum per polos obli
qui, intelligamusq; solis semicirculū esse circa punctū. A. & apparens lunæ centrū es-
se in. E. Vt primum solaris semicirculus in. F. pūcto a lunari tangitur arcus. A. E. quo
E. apparens lunæ centrū ex. A. solari distat, potest aliquando fieri, partium dictarum
0. 33. 20. Sed a Meroe ubi maximus dies. 13. horarum æqualiū est, usq; ad hostia bory-
sthenis ubi maximus dies est horarum æqualium. 16. ad septētrionem quidem maxi-
ma lunæ (in minima coniunctionum oppositionumq; distantia) aspectus diuersi-
tas est. 0. 8. proximæ solari diuersitate simul computata, ad meridiem uero maxima
similiter. 0. 58. est autem etiā maxima (fm longitudinem) diuersitas quandoquidē
ad arcus diuersitas est. 0. 8. In Leone & Gemini. 0. 30. proxime, quando autē ad me-
ridiem. 0. 58. in Scorpione atq; in Piscibus. 0. 15. proxime. Si ergo uerum Lunæ cen-
trum in. D. puncto esse supposuerimus, & protraxerimus lineā. D. E. totius diuersi-
tatis: erit linea. D. C. diuersitatis fm longitudinem proxime, Linea uero. C. E. diuer
sitatis, fm latitudinem, quare quādo luna est septētrionalis a sole, habetq; ad meri-
diem maximā diuersitatem. D. C. qdem erit. 0. 15. A. E. C. autē grad. 1. 31. proxime, &
quoniā ꝓportio arcus a nodo ad punctū. G. ad arcū. C. A. qui est ꝑ eclypticoꝝ termi-
norū distātiā, est proportio quā habēt. 11. 30. ad. 1. quod facile intelligitur per demon-
strationes de lunaris circuli declinatione factas. ¶ Erit etiā hic ipse a nodo ad pun-
ctum. G. gra. 17. 26. cū ipso uero. D. C. 17. 41. eorūdem, quādo autē meridionalis est
a sole maximāq; ad septētrionē habet diuersitatē, tūc. D. C. qdē erit. 0. 30. A. E. C. ue-
ro tota. 0. 41. Et propter hoc arcus a nodo ad pūctū. C. graduū. 7. 52. & cū arcu. C. D.
toto. 8. 22. eorūdē. quādo igitur exacte centrū lunæ a quo uis nodo in obliquo circu-
lo ad septētrionē quidē distat gradibus. 17. 41. Ad meridiem uero gra. 8. 22. Tunc pri-
mum in expositis nostri orbis regionibus possibile erit apparētem eius situm ad cō-
tactum solis fieri. ¶ Rursus quoniā maxima solaris inæqualitatis differentia. 2. 33.
gradus demōstrata est: lunaris uero quæ in oppositiōibus & cōiunctionibus accidit
gra. 5. 1. possibile erit lunā aliquādo fm periodicas cōiunctiones atq; oppositiones
7. 24. gradibus distare a sole. Sed in quo tempore hos grad. luna pertransit in eo sol
tertiā decimā partē istorū ꝓxime hoc est. 0. 34. pertransibit. In quo autem luna rur-
sus. 0. 34. pertransit in eo etiam sol tertiam decimam istorū partem hoc ē. 0. 3. proxi
me pertransibit, quorum tertia decima pars non est digna de qua quæramus. Si er-
go hæc ad idē cōgregauerimus & facta. 0. 37. quæ sunt duodecima pars gra. a princi-
cipio sumptorū. 7. 24. solaris inæqualitatis gradibus. 2. 23. addiderimus: habebimus
grad. tres quibus maxime ueri longitudinis & latitudinis motus proximæ different
a motibus mediis coniunctionum atq; oppositionum. Quare quando medius cen-
tri lunæ motus in obliquo circulo distabat a nodis ad septētrionē quidem grad. 20.
41. ad meridiem uero. 11. 22. Tunc primum expositis regionibus possibile erit appa-
rentem eius situm ad cōtactum solis accedere. Et propter hæc quando a boreali obli
qui lunæ circuli termino graduū numerus q periodicis cōiūctionibus atq; oppōni-
bus adiacet incidit in gradus q sunt aut a. 69. 19. usq; ad. 101. 22. aut a. 258. 38. usq; ad
290. 41. Tunc solum in expositis regionibus possibile erit accidere quod diximus.
¶ Rursus gratia etiā eclipticorum lunæ terminorum quoniam semidiameter lu-
næ in minima eius distantia subtendere demonstrata est arcum grad. 0. 17. 40. Semi
diameter autem umbræ quæ dupla est demonstrata. Et tribus proxime quintis ma-
ior semidiametro lunæ colligitur earūdem. 0. 45. 56. patet quia quando exacte cen-
trum lunæ distat ab umbræ centro. In maximo quidem circulo qui per ipsam & po
los obliqui describitur in utrāq; circuli qui per medium est partē gradibus. 1. 3. 36.
In obliquo aūt lunæ a quo uis nodo fm proportionē unius ad. 11. 30. gra. 12. 12. proxi
me. Tunc primū possibile erit tangi umbrā a ☽ Et propter illa quæ de inæqualita-
te sunt demōstrata, quādo etiā centrum lunæ quod in medio motu capitur distat a
nodo in circulo obliquo grad. 15. 12. ut in borealis termini numeris a. 74. 48. usq;

ad.105.12.& 2.254.48.usq;285.12.incidat:tũc primum possibile erit umbram tangi a luna. Apponemus igitur (expositis coniunctionum & oppositionum tabulis) solarium lunariũq; terminorum latitudinis lunæ numeros, ut facile discernamus quænam cõiunctiones oppositionesq; possint in eclipsim incidere.

ℭ De distantia eclipticorum mensium. Cap. VI.

SED VTILE etiã erit istis addere ꝑ quot uniuersaliter mẽses oppositiones & cõiũctiones possibile sit eclipticas fieri, ne cũ unam eclipticam habeamus per oẽs rursum deinceps eclipsim quæramus: sed per illas q̃ tot mẽsibus distãt: ut possibile sit eclipsim fieri. Quod igitur per sex mẽses tam Sol q̃ Luna deficere possint hinc manifestũ est. Medius enim Lunæ ſm latitudinẽ motus colligit sex mẽsibus, gra.184.1.25. Arcus autẽ qui sunt inter eclypticos terminos tam in sole q̃ in luna, citra quidẽ semicirculum pauciores. Vltra uero semicirculum plures continet gra. nã cũ solares termini a quo uis nodo in obliquo circulo lunæ ad septẽtrionẽ quidẽ demõstratos gra.20.41. ad meridiem uero.11.21. intercipiãt, fit arcus nõ eclipticus a septẽtriõe qdẽ gra.138.38. a meridie ãt.157.16. Cũ uero lunares ad utrãq; medii circuli partẽ in eodẽ obliquo a quo uis nodo grad.15.12. itercipiãt, colligit uterq; arcus nõ eclipticus.149.36. ℭ Q d'aũt his etiã suppositis possit lunæ defectũ per maximorũ quinq; mẽsiũ fieri spatiũ, hoc est in quo sol qdẽ maximũ faciat trãsitum. Luna uero minimũ hoc modo uidebimus. ℭ Nã quoniam in mediorũ quinq; mẽsiũ spatio motũ longitudinis mediũ utriusq; luminariũ.145.32. gra. inuenimus. Inæqualitatis uero lunaris in epicicło gra.129.5. quorũ.145.32. solis gra. in maximo transitu qui est ad utrãq; minimæ lõgitudinis ptẽ, ꝑter mediũ motũ 4.38. gra. accipiunt &.129.5. gra. epicicli lunaris in minimo transitu, quoniam est ad utrãq; maximæ lõgitudinis partẽ subtrahunt a medio motu gra.8.40. Certe in mediorũ quinq; mẽsiũ spatio. Quãdo sol maximũ facit motũ, & luna minimũ. In antecedẽtibus adhuc solis luna erit per gra. ex utraq; inæqualitate collectos.13.18. quorũ rursus duodecimã, propter predemonstrata capientes partem: habebimus gra.1.6. ꝓxime, quibus sol ulterius mouebitur donec ad eũ luna perueniat, quoniã ergo ex ꝓpria inæqualitate gra.4.38. accepit, & anteq̃ ad eum luna perueniat. quoniã ergo ex propria inæqualitate gra.4.38. accepit, & antequã ad eũ luna perueniret gra.1.& sexagesimas sex habebit etiã maximorum mensiũ spatium ultra mediorum per lõgitudinẽ motuũ gra.5.44. Totidẽ ergo ꝓxime latitudinis etiã in obliquo circulo lunæ motus obtinebit ultra.153.21. proxime gradus latitudinis qui colliguntur in quinq; mediorũ mẽsiũ spatio. Verus igitur ſm latitudinẽ motus in maximis quinq; mensibus colligitur gra.159.5. sed eclíptici termini ad utrãq; circuli (qui ꝑ mediũ est) partem continent in media lõgitudine lunæ i circulo quidẽ qui maximus ꝑ polos obliqui describitur grad. unũ proxime. In minima eni distãtia.1.3.36. in maxima.0.56.24. Colligitur in obliquo autẽ circulo gra.11.30. a quo uis nodo. Intermedius autẽ & nõ eclipticus arcus ꝑ hoc colligitur graduũ.157.q qdẽ minores sunt (coassumptis ſm maximam quinquæmestrem intercapedinẽ, in obliquo circulo gradibus.159.5.) duabus partibus & sexagesimis quinq;. Perspicuũ igitur est ex istis possibile esse lunam ĩn quinq; maximorum mensium spatio, cum in prima oppositione in recessu a quo uis nodo defecerit. In ultima rursum in accessu ad oppositum nodum deficere, fietq; in utrisq; eclipsibus obscuratio ab eiusdem circuli (qui per medium est) partibus, & nũq̃ a contrariis. ℭ Verum ꝙ maximi quinq; menses duas possint lunares eclipses continere. Sic nobis perspicuum est, ꝙ uere in septem mensibus impossibile est id accidere, etiã si in minimorum mensiũ septẽ spatium supposuerimus: hoc ẽ ĩn quo sol minĩmum faciet motũ. Luna uero maximũ, hoc modo similiter inuestigantes uidebimus, nã in mediorũ rursus septẽ mensiũ spatio. Medius ſm longitudinem utriusq; luminarium motus graduum est.203.45. Lunæ autẽ in epicicło.180.43. quorum.203.45. solis gra. ſm minimum motum qui ad utrãq; maximæ distãtiæ partem est subtrahunt a medio motu gra.4.42. epicicli autem lunæ gra.180.43. ſm maximum motum ad utrãq; minimæ longitudinis partem addunt medio mo

Sed utile erit istis addere per quos mẽses perfectos possibile sit fieri coniunctiones eclypticas, per sex enim menses accidere potest ut sol & luna bis deficiant.

ℭ Adhuc luna precedet solẽ gradibus ex utraq; inæqualitate collectis.13.18.

tui gra.9.58. In spatio igitur mediorū mēsium septem quando sol quidem minimi motus sit. Luna uero maximi ultra lunā.14.40. gradibus (ex utraq; inæqualitatē collectis) progredietur: quorum duodecimam partem.4.42. gradibus (qui ab inæqualitate solari defecerunt) addemus & collectis.5.55. proxime habebimus quot gradibus motus lōgitudinis in minimo septimestri spacio prior siue minor erit motu mediorum septē/ & motus similiter latitudinis deficiet a medioꝝ septem mēsium motu qui sunt gradus.214.42. ℂ In minimis ergo septē mensibus per latitudinē luna in obliquo circulo.208.47. gradibus mouebitur/ sed totus inter eclipticos terminos in media lunæ lōgitudine obliqui circuli maximus arcus tam in accessu nodi alterius/ q̄ in recessu cōtrarii graduum est.203. Nō erit igitur possibile lunam in septē mensium spatio/ nec in minimorum quidem/ si quo modo/ in prima oppositione defecerit/ in ultimo quoq; deficere. ℂ Sed ad demōstrandū etiam ꝙ possibile sit etiā solē apud eosdem in uniuersis nostri orbis regionibus bis in maximorum quinq; mensium spacio deficere/ nā quoniam in quinq; maximis mensibus latitudinis lunæ motum.159.5. partium demonstrauimus sitq; nō eclipticus in sole arcus in media lunæ distantia.167.36. eorūdem/ propterea ꝙ ecliptici termini eius in circulo quidem qui per polos ipsius est: distat a medio partibus.0.32.20. In obliquo uero lunæ.6.12. proxime/ patet quia si nulla lunaris aspectus diuersitas est: impossibile erit quod quæritur/ propterea ꝙ non eclipticus arcus maior est q̄ motus mensium quinq; maximorum in obliquo quidem circulo partibus.8.31. In circulo uero qui ad rectos zodiaco angulos describitur.0.45. proxime. Vbi autem aspectus eius tanta diuersitas est/ ut alterius extremarum coniunctionum aut utraq; simul aspectus diuersitas excedat gra. dictos.0.45. ibi possibile est utrasq; coniunctiones extremas eclipticas fore/ quoniam igitur demonstrarum est in tēpore maximoꝝ quinq; mensiū/ q̄ luna minimo motu. Sol aūt in maximo mouetur a duabus uirginis partibus usq; ad duas aquarii partes/ cū adhuc luna utrorūq; luminariū inæqualitatis gra.13.18. in antecedentibus solis sit/ quos luna & ad eos duodecimā eorum partē in die uno & horis.2.15. medio motu pertransit. Patet cum tempus mediorum quinq; mensium dierum sit.147.& horarū.15.45. proxime/ ꝙ tēpus quinq; maximorum mensiū erit dierum.148.& horarū.18. Propterea cū prīa cōiūctio in duabus circiter uirginis partibus fiat. Vltimaq; circa duas partes Aquarii fit prior sex horis erit. Quæ ad integros dies deficiunt.

G	M	
214	42	
208	47	Subtrahe
5	55	Residuū

ℂ In altero autē codice habetur. ℂ A duabus tertiis uirginis, usq; ad duas tertias aquarii.

ℂ Quare querendum ubi & quando luna aspectus poterit immutari: uel scilicet in altero duorū signorum quæ dicta sunt. Vel in utrisq; ut locus aquarii sex horis locū uirginis precedat/ pluribus q̄ dictis.45. sexagesimis. ℂ Ad septētrionē ergo (ut diximus) nullibi lunæ tāta diuersitas aspectus inuenitur/ quare impossibile est bis in maximarum quinq; mensium spacio solem deficere/ secundū lunæ motum qui est in meridie circuli qui per medium signorum / hoc est quando in prima coniunctione ab ascendente nodo recedit/ & ultima ad ascendentem accedit. ℂ Ad meridiem uero ferem in regionibus quæ sunt post æquinoctialem uersus septētrionem/ potest tanta in utrisq; signis dictis secundum præcedentem (sex horis) situm diuersitas fieri/ quando duæ uirginis partes in prima coniunctione occidere. Et duæ aquarii partes in meridiano secundæ coniunctionis tempore supponuntur. In his enim situbus inuenitur lunæ in media distātia diuersitas ad meridiem (solari diuersitate subtracta) sub ipso quidem æquinoctiali in Virginis situ grad.0.22. proxime/ in Aquarii.0.14. Vbi autem dies maximus.12.30. horarum est. In Virginis quidem situ grad.0.27. In Aquarii uero.0.22. ut esse diuersitates simul quatuor sexagesimis dictas.45. sexagesimas excedant. ℂ Cum igitur in borealibus locis maior diuersitas q̄ in meridionalibus fiat: patet quia magis semper erit possibile bis in quinq; maximorum mensium spatio huiusmodi locorum incolis defectum aspici solis. In solo tamen Lunæ motu septētrionali/ hoc est quando in prima eclypsi ab ascendente nodo recedit: & in secunda ad descendentem accedit. ℂ Sed dico etiam rursus ꝙ in septentrione quoq; minimorum mensium spatio possibile est bis apud eosdem solem deficere. Nam quoniam in hac temporis spatio motum latitudinis lunæ.208.47. partium demonstrauimus. Maximusq; obliqui circuli arcus inter eclypticos terminos intercipiatur qui est ab accessu nodi unius usq; ad recessum oppositi. Colligitur hæc distā/

tia in sole in media Lunæ longitudine partium.192.24.Quare perspicuum est/quia
si nulla rursum diuersitas Lunæ fuerit non poterit esse quod queritur/propterea
quod arcus obliqui circuli qui fit in spatio minimorum septem mẽsium. Maior est
arcu/qui ab eclipticis Solis terminis maximus intercipitur in obliquo quidem circu
lo partibus.16.23. In circulo uero qui est per polos zodiaci.1.25. ¶ Vbi autem tanta
diuersitas est ut alterius coniunctionum extremarum uel utriusq; diuersitatis simul
excedant gra.1.25.ibi possibile est utrasq; coniunctiones extremas eclipticas fore.
Quoniã ergo demonstratum est in tempore mediorum septem mensium/quando
luna maximo/sol minimo motu mouetur ab extremitate Aquarii usq; ad mediam
Virginem/Lunã iam ultra uerum solem antecessisse gra.14.40.Cum totidem gra.
& adhuc duodecimam partem ipsorum in una die & horis quinq; in die luna per/
trãseat/patet quia cum mediorum septem mensium tempus.206.dies & horas.17.
proxime contineat/tempus minimorum septem mensium erit.205.dierum & ho
rarum.12.propterea extremæ coniunctionis quæ in medio Virginis fit/tempus erit
post primam quæ fuit in extremitate Aquarii horis.12. ¶ Quærendũ igitur est ubi
& quando maior q̃ gradus.1.25.Lunæ diuersitas potest fieri. Aut uidelicet in altero
dictorum signorum/aut in utrisq; secundũ situm per.12.horas/hoc est quando alte/
rũ in occasu/alterum in ortu est:non enim aliter/utraq; super terrã eclipsis fieri pos/
sibile est.Ad septẽtrionẽ ergo rursus in orbe habitabili nostro nullo in situ tanta Lu
ne diuersitas inuenitur/nec sub ipso quidem æquinoctiali maior.23.sexagesimis/
quæ secundũ latitudinem in maxima distantia fit/Quare impossibile est in septem
minorum mensium spatio bis solem deficere secundũ lunæ transitũ/qui est a meri
die circuli per mediũ/hoc est quando in prima quidẽ coniunctione ad ascendentem
nodũ accedit.In secunda uero ab ascendente nodo recedit. Ad meridiẽ autem tan/
tam ferme fieri diuersitatem in parallelo per Rhodum inuenimus. Quando extre/
ma pars Aquarii oritur/& media Virginis occidit. In locis enim huius paralleli in
utroq; horum situum(subtracta diuersitate solari)luna in media eius longitudine
diuersitatem habet ad meridiẽ sexagesimarum.46.ut umbrã coniunctionũ diuersi
tates excedant gradũ unum & sexagesimas.25.Cum igitur maior ad meridiẽ in bo/
realibus hoc parallelo fiat diuersitas.Perspicuum est quia possibile fit bis/ab incolis
earum regionum in minimorum septem mensium spatio solem deficientem uide
ri/tunc tamen in septẽtrionem solũmodo circuli qui per mediũ signorum est luna
moueatur hoc est quando in prima quidem eclypsi ad descẽdẽtẽ nodum accedat.
In secundo uero ab ascendente recedat. ¶ Restat nunc illud demonstrandum q̃
in nostro terrarum orbe non est possibile bis in uno mense solẽ deficere. Neq; in eo/
dem climate/neq; in diuersis etiam siquis cuncta supponat/quæ quãuis concurrere Non potest ☉ bis in uno mense eclypsari
non possunt.Cum tamen concurrerent/conducunt ad possibilitatem propositi/Di
co autẽ etiã si lunam in minima supposuerimus longitudine/ut maior eius diuersi
tas fit:& mensem minimum/ut q̃ maxime possibile fit minimo.Maior menstruus
latitudinis motus fiat arcu qui ab eclypticis solaribus continetur/etiam si differenter
tum horis tum signis abutamur/in quibus luna maximas uidetur diuersitates aspe/
ctus facere.Quoniã igitur in medio mense utrisq; luminarium motus gradus obti/
net.29.6.& motus lunæ in epiciclo.25.49.Quorum.29.6.in minimo solis motu ad
utrãq; maximæ longitudinis partem subtrahunt a medio motu.g̃.1.m̃.8. Epicili au
tem lunæ gra.25.49.in maximo eius motu ad utrãq; minimæ lõgitudinis partem
addunt medio motui.2.28.Si per demonstrata sequentes in æqualitates ambas cõ/
posuerimus/& gradus qui fiunt.3.36.partẽ duodecimam hoc est.0.18.in æqualita/
ti qua sol deficiebat addiderimus:faciemus gra.1.26.Quibus minimi mensis motus
minor erit motu medii mẽsis/tam per lõgitudinem q̃ per latitudinem/Quare quo
niam medii mensis per latitudinem motus gra.est.30.40.erit minimi mensis mo/
tus gra.29.44.qui faciũt in circulo qui per rectos angulos zodiaco maximus est gra.
2.33.proxime.Sed totus eclipticorum solis terminorum transitus in minima lunæ
distantia gra. Colligitur.1.6.ut maior minimi mensis transitus fiat gra.1.27.Opor/
tet igitur omnino ut si in uno mense sol bis posset deficere/uel nullam esse in alte/

ra coniunctionum lunæ diuersitatẽ/in altera uero maiorem q̃.1.27.uel ad eandem
in utraq; coniunctione partem lunæ fieri diuersitatem & excessum utrarũq; diuersi/
tatum maiorem esse q̃.1.27.uel utrasq; diuersitates plurimum esse q̃.1.27.quãdo al/
terius coniũctionis diuersitas ad septẽtrionem/alterius ad meridiem fieret. Sed nul/
libi terrarum in cõiunctionibus ne in minima quidem longitudine maior lunæ di/
uersitas est (solari diuersitate subtracta) q̃ gradus unius. Non erit igitur possibile bis
in minimo mense solem deficere/quãdo uel in altera coniunctionum nulla uel ad
eãdem partem in utrisq; lunæ diuersitas est/cum excessus earum uno gra. maior nõ
fiat. Oportetq; uel ipsis.1.27.maiorem fieri. Solummodo igitur quod proposuimus
accidere posset. Si utraq; diuersitate in oppositis partibus facta plures gradus collige
rẽtur q̃.1.27. Id uero in diuersis quidem orbis terrarum partibus possibile erit. Cum
possit apud boreales ad æquinoctialem in orbe nostro ad meridiem & apud austra/
les ultra æquinoctialẽ qui Antipodes nominatur (solis diuersitate subtracta) ad se/
ptẽtrionem lunæ diuersitatem esse a.0.25.usq; ad grad. unum. In eadem autem or/
bis terrarum parte nunquã accidere poterit/propterea q; maxima lunæ diuersitas est
similiter sub ipso quidem æquinoctiali non magis q̃.25.sexagesimarum/tam ad se/
ptẽtrionem q̃ ad meridiem. Apud autem borealissimos aut australissimos/non ma/
gis q̃ per gradum unum in partes oppositas. Vt etiam sic utræq; simul diuersitates
minores inueniantur q̃.1.27. Cum autem multo minor utraq; oppositarum diuersi
tatum semper fiat apud interiacentia loca inter æquinoctialem & utrãq; extremita/
tem: erit magis impossibile in illis quod quæritur apud eosdem/ergo nullibi terra/
rum bis in eodem mẽse solem deficere possibile est. Sed adhuc apud diuersos in ea/
dem orbis terrarum parte/quæ nobis erant demonstranda.


ℭ De tabulis ægypticis. Cap. VII.


QVAE IGITVR coniunctionum distantiæ/in eclypsium conside/
ratione accipiendæ nobis sint/per ea quæ dicta sunt adapertum est. Vt
autem & media ipsarum tempora discernere motusq; lunæ computa/
re. In coniunctionibus quidem apparentes. In oppositionibus autem
per ueros locos lunæ sm latitudinem facileq; considerare possumus/futuras omni/
no eclypticas coniunctiones atq; oppositiones: & magnitudines atq; tempora ob/
scurationum: Tabulas ad huiusmodi cognitionem componemus/duas solarium
eclypsium gr̃a. Et duas lunarium/in maxima & minima lunæ distantia. Incremen/
tumq; obscurationum per duodecimam utriusq; luminarium partẽ supponemus.
ℭ Primã igitur solariũ eclypsium tabulam qua ecliptici termini in maxima lunæ
longitudine continetur.25.uersuum & ordinum quatuor faciemus. Quorum duo
primi apparentem lunæ transitum in obliquo circulo secundum latitudinem in sin
gulis obseruationibus continebunt/nam quoniam solis diameter sexagesimarum
est.31.20. Lunæq; in maxima distantia totidem esse demonstrata est: ac ideo quan/
do apparens lunæ centrum a centro solari (In circulo qui maximus per centra
utraq; describitur) distat sexagesimis.31.20.& a nodo in obliquo circulo grad.6.se/
cundum expositam proportionem.11.30.ad unum/quũ primum in contactu solis
luna fit: propterea in primis uersibus ordinẽ ponemus. In primo quidẽ ordine gra.
84. In secundo uero gra.276. In ultimis autẽ uersibus in primo rursus ordine grad.
96. in secũdo uero gra.264. Et qm̃ duodecimæ p̃ti solaris diametri ab obliquo circu
lo.30.p̃xime sexagesimæ dãt̃. Per totidẽ minuemus/augebimusue binos p̃positos
ordines ab extremitatibus incipiẽtes: ita ut ĩ mediis uersibus.90.gra. &.270.colloca
mus. ℭ Tertius aũt ordo magnitudines obscurationũ ꝯtinebit/ita ut ĩ extremis uer
sibus.0.0.primi contactus initia ponantur/& deinceps digitus unus pro decima dia
metri parte. Similiterq; incremẽto per unum facto usq; ad medium uersum ad quẽ
duodecim digitorum numerus perueniet. ℭ Quartus aũt ordo transitus lunæ cõti
nebit qui fiunt in singulis obscurationibus. Nunquã tamẽ cõputatis neq; solis ĩter
ea motibus/neq; lunæ diuersitatibus. ℭ Secũdã uero solariũ eclypsium tabulã qua

ecliptici lunæ termini in minima lõgitudine cõtinẽtur/ficuti primam in cæteris or/dinabimus:sed.27.uersum & quatuor ordinum similiter faciemus propterea ꝙ se/midiameter lunæ in hac distantia talium sexagesimarum demonstrata est.17.40. qualium est solaris semidiameter.15.40.quando igitˀ ad primum solis contactũ ue/nit:tunc centrum ipsius a solari rursus centro.33.20.sexagesimis distat: & a nodis i obliquo circulo gra.6.24.fiunt itaq; in extremis uersibus apparentes latitudinis nu/meri.83.36.&.276.24.& rursum.96.24.&.263.36. ℭ Digitorum autem numerus in medio uersuum:similem duodecim signorum excessum:& adhuc quatuor quin/tas continebit/quoniam moræ quoq; transitus fit: ℭ Vtrasq; autem lunares tabu/las.45.uersuum & quinq; ordinũ faciemus:& in prima numeros latitudinis lunæ (prout in maxima longitudine est)apponemus:nam quoniã semidiameter lunæ i hac longitudine.15.40.demonstrata est.umbræ uero semidiameter.40.44. earun/dem/ut quãdo primum a luna tãgitur umbra:tunc centrum lunæ a centro quidem umbræ in circulo qui per centra utrarũq; maximus describitur.56.24.sexagesimis di/steta nodis autem in obliquo circulo gra.10.48.adeo in primis uersibus.79.12.nu/merum:&.280.48.conscribemus.In ultimis uero.100.48.&.259.12.& eodem mo/do ut prius augebimus numeros ipsos sexagesimis quæ dantur duodecimæ parti lu/naris diametri quæ est sexagesimarum.30. ℭ In secunda uero parte tabulæ nume/ros latitudinis lunæ(quando in minima distantia ipsa est)conscribemus/In qua di/stantia semidiameter eius.27.40.sexagesimarum demonstrata est:& semidiameter umbræ.45.56.earundem:quare quando primum luna umbram tangit:tunc centrũ eius ab umbræ centro distat gradibus similiter.1.3.46.a nodo autem in obliquo cir/culo gra.12.12. ℭ Quo circa in primis uersibus numerum.77.48.&.282.12.conscri/bemus:in extremis uero.102.12.&.257.48.& rursum augebimus diminuemusue ip/sos sexagesimis quæ tunc dantur duodecimæ particularis diametri quæ est sexa/gesimarum.34. ℭ Tertii uero ordinis qui sunt digitorum ita se habent ut in sole: & silr qui sequuntˀ.Quibus transitus lunæ in singulis obseruationib⁹ ɔtinentˀ tũ ĩci/dẽtiæ tũ repletionis:& ad hæc mediæ moræ tpis. ℭ Cõputauimus aũt positos lunæ trãsitus per lineas in singulis obseruationib⁹.Sic tñ ut usi demõstrationib⁹ simus/ɋs in una supficie in rectis lineis:ppterea ꝙ arcus harũ magnitudinũ nõ differũt ad sen/sum a chordis suis:& adhuc ɋsi nullo sensibili digno cura mot⁹ lunæ in obliquo cir/culo differat a motu q est ĩ circulo q est ꝑ mediũ signoꝝ. ℭ Nemo enĩ nos ignoras/se putet differentiã quãdã ad motũ lunæ ꝑ longitudinẽ fieri:qm̃ obliq circuli arcu/bus(ꝑ arcub⁹ eius q ꝑ mediũ signoꝝ est)abusi sumus:nec etiã ꝙ oppositionũ ɔiun/ctionũq; tpa nõ sunt eadẽ præcise cũ mediis eclypsiũ tẽporibus. ℭ Si enim æquales duos hoꝝ circuloꝝ arcus ab.A.nodo acceperim⁹/Arcũ scilicet.A.B.&.A.G.& ɔiun/xerimus arcũ.B.G.perpẽdicularẽq;.B.D.ex.B.ad.A.G.lineã duxerimus perspicuũ hinc erit lunam.B.puncto supposita:quia cũ.A.G.arcu circuli qui per mediũ signo/rũ est ꝑ.A.D.abusi sumus:propterea ꝙ ad circulos qui sunt per polos zodiaci mot⁹ qui ad eum fiunt considerantur per.G.D.lineam:differt inæqualitatis differentia quæ est penes lunaris circuli declinationem. ℭ Solis uero aut umbræ centro in.B. supposito oppositionis quidem aut coniunctionis tempus erit per indifferentiam circulorum:quando luna erit in.G.medium autem eclypsis tempus quando erit in D.ꝙ media obscurationũ tẽpora ad circulos qui describuntˀ per polos lunaris circu/li capiuntˀ/ita tẽpus mediæ coniunctionis atq; oppositionis differt a medio eclypsis tempore per arcum.G.D. ℭ Causa uero est ne hos etiam arcus in particularibus trã/ctatib⁹ una cõputemus:qm̃ paruas atq; insensibiles differentias faciunt:& qm̃ igno/rare aliquid hoꝝ:turpe professori putamus. ℭ Si uero grã difficultatis(quæ in par/ticularibus demonstrationib⁹ est)sponte aliquid ita paruoꝝ despiciatˀ presertim qm̃ & penes suppositiones ipsas illud negligi põt/uniuersaliter quidẽ sensum maxime quod negligitˀ collectũ faciet:errorẽ uero in apparentib⁹(si nõ colligitˀ)aut nullum aut minimũ inducit. ℭ Arcum igitur arcus.G.D.similem uniuersaliter quidem nõ maiorem quinq; unius gradus sexagesimis inuenimus/quod per theorema illud demonstratur:quo dña arcuum æqnoctialis ad arcũ circuli q ꝑ mediũ signoꝝ ẽ quã

ℭ Sed causa qdem est ne hos etiã arcus in parti/cularib⁹ methodis siue tractatib⁹ adamussim cõ/sideremus:qm̃ sunt admodũ parui:atq; ĩparticibi/les quodãmõ dñas faciũt. Tãetsi ignorare aliqd taliũ uideatˀ absurdũ. Nihilosecius omissio eoꝝ/rũ ob tenuitatẽ tũ ob operis ipsius difficultatẽ ex industria est.nã quantũ ad simplicẽ attinet utili/tatẽ id quod ex huiuscemodi cognitione proue/nerit:plurimũ pfesto pficit sensum. Circa uero ap/parentias illius quod nõ cõprehenditˀ aut ferme nullũ aut prorsus minimũ inducit errorẽ.








(in circulis qui per polos æquinoctialis describuntur) computauimus/in eclypsibus autem non inuenimus eam maiorem duabus sexagesimis: Qualium enim ē uterq; arcus.A.B.&.A.G.12.(ad tot enim fere lunæ in eclypsibus trãsitus peruenit) talis.B. D.linea est unius/ac ideo etiam.A.D.11.58.proxime eorundem/reliquus ergo.G.D. arcus sexagesimarum duarum est/quæ nec sextamdecimam quidem partem unius æquinoctialis faciunt horæ/de tanta uero differentia minima uelle quempiam cu/rare ostentationis magis est q̄ ueritatis: qua propter transitus lunæ in obscurationi/bus/ita considerauimus quasi nihil ad sensum isti circuli differant. ¶ Facta est autē nobis consideratio hæc/ut uno aut duobus exemplis totam rursus rem aperiamus hoc modo/sit punctum.A.solis aut umbræ centrum/ pro arcu autem lunaris circuli sit recta linea.B.G.D.& supponatur centrum lune tunc esse in.B.quando accedens primum solem uel umbram tangit: in.D.autem quando recedens.Cõiunctisq; line is.A.B.&.A.D.deducatur ex.A.ad lineam.B.D. perpendicularis. A. G. quod igitur (quãdo lunæ centrum in.G.puncto erit) tunc medium eclypsis tempus & maxima obscuratio erit.Patet partim ex eo q̄.A.B.&.A.D.lineæ æquales sunt/& propterea etiam transitus.B.G.trãsitui.G.D.æqualis fit/partim ex eo q̄.A.G.linea minor illis omnib9 est quibus duo centra in.B.D.linea coniungitur/perspicuū est q̄ etiã utraq; linearū.A.B.&.A.D.utrasq; simul semidiametros lunæ atq; solis aut umbræ conti/net/& q̄.A.G.utraq; ipsarū minor est particula diametri deficientis luminaris/ quæ ab obscuratione intercipitur. ¶ Hæc cum ita se habeant fiat obscuratio(excēpli gra/tia) digitorū triū/& primū supponat̃ centrū solis esse in.A.quãdo igitur luna est in maxima sua distantia/tunc.A.B.31.20.sexagesimarum fit: & quadratum suum.981. 47.linea uero.A.G.23.30.eorundem/ minor enim est quam.A.B.tribus solaris dia/metri duodecimis: hoc est.7.50.& quadratum eius.552.15.quare quadratum etiam lineæ.B.G.erit earundem.429.32.ipsa uero.B.G.per lõgitudinem.20.43.proxime/quas in quarto primæ solaris tabulæ ordine ad tres digitos apponemus. ¶ In mi/nima uero lunæ distantia.A.B.linea rursus fit.33.20.sexagesimarum/& quadratum suum.1111.7.A.G.uero.25.30.& quadratū suum.650.15.& reliquum quadratum li/neæ.B.G.sexagesimarum.460.52.Quare linea ipsa.B.G.21.28.erit earundem/ quas similiter in quarto tabulæ solarium eclipsium ordine ad tres digitos apponemus.

Lineę	M	2a	2a	3a	Lõgitudine
A B	31	20	981	47	Maxima
A G	23	30	552	15	
B G	20	43	429	32	
A B	33	20	1111	7	Minima
A G	25	30	650	15	
B G	21	28	460	52	
			Quadratū		

¶ Supponatur rursus.A.punctum umbræ centrum esse & obscuratio eiusdē/Qua/re partis lunaris diametri/in maxima ergo lunæ longitudine.56.24.A.B.linea sexa/gesimarum fit:& quadratum suum.3180.58.A.G.uero linea.48.34.earundem mi/nor enim est quam.A.B.quartæ lunaris diametri parte idest.7.50.in maxima longi/tudine/& quadratum eius.2358.43.quare quadratum.B.G.similiter relinquit̃.822. 15.ipsa uero linea.B.G.erit per longitudinem.28.41.earundem/quas in quarto pri/mæ tabulæ lunarium eclypsium ad tres digitos apponemus transitum incidentiæ continentes/qui ad sensum transitui repletiõis idem est. ¶ In minima uero lõgitu/dine.A.B.quidem linea.63.36.sexagesimarum fit:& quadratum suum.4044.58. A.G.uero.54.46.earundem.(excessus enim.8.50.Quarta rursus pars est lunaris dia/metri in distantia minima) eius quadratum est.2999.23.Quare relinquetur quadra/tum.B.G.lineæ.1045.35.ipsa uero linea.B.G.32.20.per longitudinem earundem/ quas similiter in quarto secundæ tabulæ lunarium eclypsium ad tres digitos appo/nemus. ¶ Sed gr̃a temporis moræ quæ in lunaribus obscurationibus inuenitur: sit umbræ centrum in puncto.A. & recta linea.B.G.D.E.F. sit pro arcu obliqui lunaris circuli:&.B.quidem punctum centrum esse lunæ supponatur quando pri/mum deforis accedens umbram tangit.G. uero ubi centrum lunæ futurum sit quan/do primo tota deficiens ab interiori parte umbræ circulum tangit.E.autem ubi rur/sus centrū lunæ fit quando recedens primum ab interiori parte umbræ circulum tã/git.F. autem ubi erit centrū lunæ quãdo tandē recedēs deforis umbrã tãgit. ¶ Præ demonstratis igit̃ etiã hic seruatis/illud p̄terea patet q̄ utraq; linearū.A.G.&.A.E.ex cessum cõtinet/quo semidiameter umbræ: lunæ semidiametrū excedit quare.G.D. transitus.D.E.transitui æqualis fit:& uterq; medietatem continet moræ:& reliqua B.G.transitus incidentiæ transitui repletionis.E.F.æq̃lis est/supponat̃ ergo eclypsis


Lineę	M	2a	2a	3a	Distãtia.
A B	56	24	3180	58	Maxima
A G	48	34	2358	43	
B G	28	41	822	15	
A B	63	36	4044	58	Minima
A G	54	46	2999	23	
B G	32	20	1045	35	
			Quadratum		

Centum umbræ




digitorum lunæ quindecim:hoc est in qua.D.centrum interius ab extremitate eclypticorum terminorum fit tota semel lunari diametro:& adhuc quarta ipsius parte:id est quando.A.D.linea utraq; quidem linearum.A.B.&.A.F.minor est per positam lunarem diametrum semel & adhuc per quartam ipsius partem/utraq; uero linearũ.A.G.&.A.E.per quartã lunaris diametri solũmodo partẽ: quãdo igit̃ luna ẽ in maxima longitudine tunc.A.B.linea fit dictarũ sexagesimarũ.56.24.& quadratũ suũ.3180.58.A.G.uero.25.4.earundem/lunaris enim diametrũ in maxima distantia sexagesimarum est.31.20.& quadratum eius.628.20.A.D.autem linea similiter.17.14.& quadratum eius.296.59.quare quadratum etiam lineæ.B.D.relinquetur.2883.59.ipsa uero.B.D.53.42.earundem per longitudinem erit: quadratũ autem lineæ G.D.relinquetur.331.21.& ipsa erit per longitudinem.18.12.earundem/Reliqua etiam.B.G.linea earundem erit.35.30.Quare ad numerum.15.digitorum in prima lunarium eclypsium tabula in quarto quidem ordine incidentiæ sexagesimas.35.30.(quot etiam repletionis sunt)apponemus/in quinto autem medii moræ temporis sexagesimas.18.12.Quando luna in minima distantia:tunc.A.B.linea fit expositarũ sexagesimarum.63.36.& quadratum eius.4044.58.A.G.autem linea.28.16.earundem(lunæ nanq; diameter in minima distantia demõstrata est sexagesimarum.35.20.)& quadratum eius.799.0.A.D.uero etiã similiter.19.26.& quadratum suum 377.39.℄ Quare q̃dratum lineæ.B.D.reliquetur.3667.19.ipsa uero linea.B.D.erit per longitudinem earundem.60.34.Quadratum autem lineæ.G.D.relinquetur.421.21.& ipsa.G.D.per longitudinem erit.20.32.earundem/reliqua uero linea B.G.40.2.earundem/quare ad numerum etiam digitorum.15.secũdæ lunariũ eclypsium tabulæ in quarto quidem ordine sexagesimas incidentiæ.40.2.(quot rursus repletionis sexagesimæ sunt)apponemus:in quinto autem sexagesimas medii moræ temporis.20.32.℄ Verum ut etiam in motibus qui in epicyclo(inter maximam & minimam lunæ distantiam)sunt congruentes singulis excessibus totius differentiæ per sexagesimarum uiam & rationem facile capiamus/paruã aliam superiorib9 tabulam apposuimus/qua & ipsius motus in epicyclo numeri & congruentes sexagesimæ apparentibus singulis excessibus ex primis & secundis eclypsium tabulis cõtinentur:harum uero sexagesimarum quantitas in diuersitatis lunaris aspectus tabula in septimo posita ordine nobis est:ita ut eclypsibus in maxima excentrici lõgitudine propter oppositiones atq; coniunctiones suppositus sit. ℄ Verum quoniã plurimi eorum qui eclypticas significationes obseruãt:non per diametros circulorũ magnitudines obseruationum metiuntur/sed per totas ipsarũ superficies: quoniam uisus secũdũ simplicitatem obiectionis totum ipsum quod apparet cõparat non apparenti:aliã etiam paruã istis duodecim digitis collocauimus:ita ut ueluti in eclypticis tabulis duodecimã diametri utriusq; luminarium partẽ quilibet digitus contineat:in reliquis aũt duob9 cõgruentes ipsis rursum totarũ arearũ duodecimas:in secundo quidem solaris:in tertio uero lunaris:hæc in magnitudinibus solũ (quæ in media longitudine lunæ fiunt)computauimus:eadem enĩ proxime proportio fit ĩ tãtula diametrorũ dr̃ia:cõsiderauim9 aũt hæc quasi ꝓportio circũferẽtiarũ ad diametros fit:quã habẽt.3.8.30.ad unũ.Hæc enĩ ꝓportio ꝓxime est ĩter triplã(septima pte adiecta/ & inter triplam(decies septuagesima prima parte adiecta) quibus Archimedes/simplicius usus ẽ. ℄ Sit igitur primum solariũ eclypsiũ grã.A.B.G.D. solis circulus:cuius centrũ sit.E.Circulus aũt lunæ in media distantia sit.A.F.G.I.circa centrũ.T.q secet circulũ solis in punctis.A.&.G.& cõiũcta.B.E.T.I.linea supponat̃ quartã solaris diametri partẽ defecisse:ut.F.D.linea talium sit.3.qualiũ est.B.D.diameter.12.diameter uero lunæ.I.F.12.20.proxime earundem/secundũ proportionẽ 15.40.& propterea etiam.E.T.lineã colligi earũdem.9.10.Quare circũferẽtiarũ etiã sm unius ad.3.8.30.ꝓportionẽ solaris quidẽ circuli partiũ sit.37.42.lunaris uero.38.46.earundẽ.Similiter aũt & arearũ totarũ qm̃ linea quæ a cẽtro ad circũferẽtiam est in circumferentiã Multiplicata/duas areas circuli facit.solaris quidem circuli area colligetur partium.113.6.lunaris uero.119.32.earundẽ/hæc cũ ita se habeãt querẽdũ est quot partiũ est area quæ continetur ab.A.D.G.F.talium qualium tota solaris circuli area est.12.coniungantur igitur lineæ.A.E.&.A.T.&.G.E.&.G.T.& perpendi/

Quibus simpliciori modo usus est Archimedes.



cularis.A.C.G.quoniam igitur utraq; linearum .E.A.&.E. C. talium esse supponatur.B.qualium est.E.T.linea.9.10.& utraq;.A.T.&.T.G.6.10. earundem : & est. C. angulus rectus: si excessum quo quadratum lineæ. T.A. excedit quadratum lineæ A.E.hoc est partes duas & sexagesimas duas/partiemur per lineam.E.T.habebimus excessum linearum.E.C.&.C.T.13.20.sexagesimarum earundem quare.E.C.quoq; linea.4.28.&.C.T.4.42.earundem colligitur/& propterea etiam utranq; linearum A.C.&.C.G.æquales enim sunt.4.proxime earundem: consequenter igitur . A. E. G.quidem trianguli aream habebimus.17.52.Aream uero trianguli.A. T.G. 18. 48. earundem. Rursus quoniam qualium est.B.D.diameter.12.&. F. I. similiter.12. 20. talium.A.G.linea colligitur.8.erit.A.G.taliũ.80.qualium.B.D.diameter.120. qualium uero.F.I.diameter.120.talium.A.G.77.50.erunt igitur arcus quoq; sui.A. D. G.quidem talium.83.37.qualium.A.B.G.D.circulus.360.A.F.G.autem taliũ. 80. 52.qualium est.A.F.G.I.circulus.360.quare quoniam eadem proportio est circulorum ad arcus & arearum ipsorum circulorum ad areas sectorum qui sub eisdẽ arcubus sunt: habebimus etiam.A.E.G.D.quidẽ sectoris areã talium.26.16.qualium demonstrata est area circuli.A.B.G.D.13.6.A.T.G.F.autem sectoris aream.26.51.earũdem/erat enim etiã area circuli.A.F.G.I.119.32.earũdem: sed area triãguli.A.E.G.demonstrata est.17.52.area uero trianguli.A.T.G.similiter.18.48.& reliquam ergo.A. D.G.C.portionis aream.8.24.partiũ habebimus.Portionis uero.A.F.G.C.8.3.earũdem: quare tota quæ ab.A.F.G.D.area continetur talium est.16.27. qualium. A. B. G.D.circuli area supponitur.113.6.qualiũ ergo est solaris circuli area.12.taliũ erit q̃ p̃ eclypsim contineť.1.45.proxime: quæ in dictæ tabulæ tertio uersu & in ordine secũdo apponemus. ℭ Supponať rursus lunariũ etiã eclypsiũ gratia in eadẽ descriptiõe lunaris quidẽ circulus.A.B.G.D.umbræ aũt in media distãtia circulus. A. F. G.I. & deficiat sil̃r quarta lunaris diametri pars: ut qualiñ est.B.D.diameter.12.taliũ sit defectus qdẽ linea.F.D.3.umbræ uero diameter secũdũ proportionẽ unius ad.2.36.earundẽ.31.12.& ꝓpterea etiã.E.C.T.linea.18.36.Colligať/quare circũferẽtia rursus lunaris quidẽ circuli partiũ fit.37.42.umbræ autẽ.98.1.earũdẽ.Et area quidẽ circuli lunaris erit.113.6.Area deniq; circuli umbræ.764.32.earundẽ colligiť. ℭ Q̃m igiť hic qualiũ est.E.T.linea.18.36.taliũ utraq; quidẽ linearũ.A.E. &.E. C. Supponitur.6. utraq; uero.A.T.&.T.G.15.36.earũdẽ. Si excessum similiter quo quadratũ lineæ .T. A.excedit quadratũ lineæ.A.E.partiemur per lineã.E.T.habebimus excessum linearũ.E.C.&.C.T.11.8.earundẽ.Ita.E.C.quidẽ.3.44.C.T.autẽ.14.52.earũdẽ colligitur/& propterea utraq; etiã linearũ.A.C.&.C.G.4.42.earũdẽ/quare cõsequenter aream quidẽ trianguli.A.E.G.habebimus partiũ.17.33.aream uero trianguli. A. T.G. 69. 52.earũdẽ: rursus q̃m qualiũ est.B.D.diameter.12.&.F.I.sil̃r.31.12. taliũ.A.G. colligitur.9.24.erit.A.G.linea taliũ.94.qualiũ est.B.D.diameter.120.& taliũ.36.9.qualiũ est.F.I.diameter.120.quare arcus quoq; sui.A.D.G.quidẽ taliũ erit.103. 8. qualium A.B.G.D.circulus.360.Arcus uero.A.F.G.talium.35.4.qualium.A.F.G.I. circulus 360.quare per prædicta sectoris quoq;.A.E.G.D.aream talium habebimus. 32.24. qualium area circuli.A.B.G.D.demonstrata est.113.6.Aream uero sectoris. A. G. T. F.74.28.earundem erat enim etiam area circuli.A.F.G.I.764.32.earundem: fuit autem area quoq; trianguli.A.E.G.17.33.earundem demonstrata: & trianguli similiter.A.T.G.area.69.52.& reliquam ergo.A.D.G.C.quidem portionis aream habebimus.14.51.portionis autem.A.F.G.C.4.36.earundem/quare tota area quæ ab.A.F. G.D.continetur talium est.19.27.qualium.A.B.G.D.circuli area supponitur.113.6. Qualium ergo est lunaris circuli area.12.talium erit deficientis portiouis area.2.4. proxime quæ in eiusdem tabulæ ordine tertio atq; lunari ad tres digitos apponemus: ℭ Sunt autem tabulæ istæ.



Tabula eclypsium ☉ maximæ distantiæ

1ª		2ª		3ª	4ª	
Latitudinis Numeri				Digiti	Incidētię Partes	
G	M	G	M		M	2ª
84	0	276	0	0	0	0
84	30	275	30	1	12	32
85	0	275	0	2	17	19
85	30	274	30	3	20	43
86	0	274	0	4	23	27
86	30	273	30	5	25	38
87	0	273	0	6	27	8
87	30	272	30	7	28	29
88	0	272	0	8	29	32
88	30	271	30	9	30	20
89	0	271	0	10	30	54
89	30	270	30	11	31	13
90	0	270	0	12	31	20
90	30	269	30	11	31	13
91	0	269	0	10	30	54
91	30	268	30	9	30	20
92	0	268	0	8	29	32
92	30	267	30	7	28	29
93	0	267	0	6	27	8
93	30	266	30	5	25	38
94	0	266	0	4	23	27
94	30	265	30	3	20	43
95	0	265	0	2	17	19
95	30	264	30	1	12	32
96	0	264	0	0	0	0

Tabula eclypsium ☉ minimæ distantiæ

1ª		2ª		3ª	4ª	
Latitudinis Numeri				Digiti	Incidētię Partes	
G	M	G	M		M	2ª
83	36	276	24	0	0	0
84	6	275	54	1	12	57
84	36	275	24	2	17	54
85	6	274	54	3	21	28
85	36	274	24	4	24	14
86	6	273	54	5	26	27
86	36	273	24	6	28	16
87	6	272	54	7	29	45
87	36	272	24	8	30	55
88	6	272	54	9	31	51
88	36	271	24	10	32	33
89	6	270	54	11	33	2
89	36	270	24	12	33	16
90	0	270	0	12	33	29
90	24	269	36	12	33	16
90	54	269	6	11	33	11
91	24	268	36	10	32	33
91	54	268	6	9	31	51
92	24	267	36	8	30	55
92	54	267	6	7	29	45
93	24	266	36	6	28	26
93	54	266	6	5	26	27
94	24	265	36	4	24	14
94	54	265	6	3	21	28
95	24	264	36	2	17	54
95	54	264	6	1	12	57
96	24	263	36	0	0	0

Tabulæ eclypsium lunarium
In maxima distantia

1ª Latitudinis Numeri		2ª		3ª Digiti	4ª Incidentię Partes		5ª Morę Medietas	
G	M	G	M		M	2ª	M	2ª
79	12	280	48	0	0	0		
79	42	280	18	1	16	59		
80	12	279	48	2	23	43		
80	42	279	18	3	28	41		
81	12	278	48	4	32	42		
81	42	278	18	5	36	6		
82	12	277	48	6	39	1		
82	42	277	18	7	41	34		
83	12	276	48	8	43	50		
83	42	276	18	9	45	48		
84	12	275	48	10	47	35		
84	42	275	18	11	49	9		
85	12	274	48	12	50	31		
85	42	274	18	13	40	35	11	9
86	12	273	48	14	37	28	15	20
86	42	273	18	15	35	30	18	12
87	12	272	48	16	34	6	20	22
87	42	272	18	17	33	7	22	0
88	12	271	48	18	32	23	23	14
88	42	272	18	19	31	51	24	8
89	12	270	48	20	31	32	24	4
89	42	270	18	21	31	22	25	1
90	0	270	0	pfecte	31	20	25	4
90	18	269	42	21	31	22	25	1
90	48	269	12	20	31	32	24	4
91	18	268	42	19	31	51	24	8
91	48	268	12	18	32	23	23	14
92	18	267	42	17	33	7	22	0
92	48	267	12	16	34	6	20	22
93	18	266	42	15	35	30	18	13
93	48	266	12	14	37	28	15	20
94	18	265	42	13	40	35	11	9
94	48	265	12	12	50	31		
95	18	264	42	11	49	9		
95	48	264	12	10	47	35		
96	18	263	42	9	45	48		
96	48	263	12	8	43	50		
97	18	262	42	7	41	34		
97	48	262	12	6	39	1		
98	18	261	42	5	36	6		
98	48	261	12	4	32	42		
99	18	260	42	3	28	42		
99	48	260	12	2	23	43		
100	18	259	42	1	16	59		
100	48	259	12	0	0	0		

Tabulæ eclypsium lunariũ ☽
In minima distantia

1ª Latitudinis Numeri		2ª		3ª Digiti	4ª Incidentię Partes		5ª Morę Medietas	
G	M	G	M		M	2ª	M	2ª
77	48	282	22	0	0	0		
78	22	281	38	1	19	9		
78	56	281	4	2	26	45		
79	30	280	30	3	32	20		
80	4	279	56	4	36	53		
80	38	279	22	5	40	42		
81	12	278	48	6	43	59		
81	46	278	14	7	46	53		
82	20	277	40	8	49	25		
82	54	277	6	9	51	40		
83	28	276	32	10	53	39		
84	2	275	58	11	55	25		
84	36	275	24	12	56	59		
85	10	274	50	13	45	47	12	34
85	44	274	16	14	42	15	17	17
86	18	273	42	15	40	2	20	32
86	52	273	8	16	38	28	22	58
87	26	272	34	17	37	20	24	49
88	0	272	0	18	36	37	26	1
88	34	271	26	19	35	55	27	23
89	8	270	22	20	35	34	27	42
89	42	270	18	21	35	22	28	32
90	0	270	0	pfecte	35	20	28	6
90	18	269	42	21	35	20	28	12
90	52	269	8	20	35	34	27	42
91	26	268	34	19	35	55	27	13
92	0	268	0	18	36	37	26	1
92	34	267	26	17	37	20	24	49
93	8	266	52	16	38	28	22	58
93	42	266	18	15	40	2	20	32
94	16	265	44	14	42	15	17	17
94	50	265	10	13	45	47	12	34
95	24	264	36	12	56	59		
95	58	264	2	11	55	25		
96	32	263	28	10	53	39		
97	6	262	54	9	51	40		
97	40	262	20	8	49	25		
98	14	261	46	7	46	53		
98	48	261	12	6	43	59		
99	22	260	38	5	40	42		
99	56	260	4	4	36	53		
100	30	259	30	3	32	20		
101	4	258	56	2	26	45		
101	38	258	22	1	19	9		
102	12	257	48	0	0	0		

¶ Lunariũ eclypsiũ cõputatio. Cap. IX.

1ª	2ª	3ª	
Nũeri inæqlitatis	Nũeri inæqlitatis	Differẽtiaꝝ sexagesimæ	
G	G	M	2ª
6	354	0	21
2	348	0	42
18	342	1	42
24	336	2	42
30	330	4	1
36	324	5	21
42	318	7	18
48	312	9	15
54	306	11	37
60	300	14	0
66	294	16	48
72	288	19	36
78	282	22	36
84	276	25	36
90	270	28	42
96	264	31	48
102	258	34	54
108	252	38	0
114	246	41	0
120	240	44	0
126	234	46	45
132	228	49	30
138	222	51	39
144	216	53	48
150	210	55	32
156	204	57	15
162	198	58	18
168	192	59	21
174	186	59	41
180	180	60	0

Tabula Equationum.

HIS ITA EXPOSITIS/ lunarũ eclipsiũ ꝯsiderationẽ hoc modo faciemus. Cũ oppositiõis (quã quærimus) numerũ qui colligitur in hora medii temporis in Alexandria tã graduũ qui sunt a maxima epicycli longitudine (Qui gradus inæqualitatis uocantur) q̃ latitudinis/ qui sunt a boreali termino/ post equationem quæ per additionem subtractionemue fit/ cõscripserimus/ primum cũ latitudinis numero in lunarium eclypsiũ tabulas intrabimus: & si cõcidit cũ primorũ duorũ ordinũ numeris ea quæ numero latitudinis in utraq; tabula apponunť: tã intransituum q̃ in digitorũ ordinib9 seorsum conscribemus. ¶ Deinde cum inæqualitatis etiam numero in tabulã æquationis intrabimus: & quotquot sexagesimas inde assumemus totidem capiemus ab excessu digitoꝝ & sexagesimaꝝ/ q̃s ex utraq; tabula conscriptas habemus/ ipsasq; illis addem9 quæ a prima tabula sumptæ sunt: si tamen accideret ut latitudinis numerus in secundã solũmodo tabulã incideret: quæ in ea sola de digitis partibusq; sexagesimæ inueniuntur: eas cõscribem9: & quot: ex huiusmodi æquatione digiti fiunt: totidẽ duodecimas lunaris diametri partes obscurationẽ in medio eclypsis tempore habituram dicemus: deinde numero æquato huiusmodi duodecimam semper suipsius pro motu solis qui interea fit: partem addemus/ partiemurq; per motũ lunæ unius horæ inæqualem/ qui tunc fuerit: & numerus qui per partitionem emerget/ horarum erit æqualiũ/ quas quælibet eclypsis tempora continebunt incidentiæ quidẽ repletionisq; tempus eas quæ seorsum ex ordine quarto colligitur: eas uero quæ ex quinto medietas temporis moræ: hinc etiam singularum horarum motus qui fiunt ĩ principio & in exitu incidentiæ atq; repletionis ex subtractiõe additioneue ipsorũ/ quæ in singulis inueniuntur ad medium horæ tempus: hoc est ad tempus ueræ oppositionis proxime inueniuntur: postremo cum diametri digitis in breuissimam tabulã intrabimus & duodecimas totarũ arearũ partes in ordine quarto conscripta inueniemus: & similiter solarium quoq; in ordine secundo. ¶ Sed quãuis ratio quidem demonstret non semp̱ tempus q̃d a principio eclypsis usq; ad medium ipsius est æquale illi tẽpori esse quod est a medio usq; ad extremum/ propterea quod æquales transitus in tẽporibus inæqualibus propter solis & lunæ inæqualitatem fiunt: tamen quantũ ad sensum p̱tinet nullus dignus cura in apparentib9 error fiet/ & æqualia hæc tempora: esse supposuimus: Nam etiam si in medio cursu fuerit ubi additiones maiores

Tabula magnitudĩs ☉ et ☽

	☉		☽	
Digiti	digiti M		digiti M	
1	0	30	0	30
2	1	0	1	10
3	1	45	2	4
4	2	40	3	10
5	3	40	4	20
6	4	40	5	30
7	5	50	6	45
8	7	0	8	0
9	8	20	9	10
10	9	40	10	20
11	10	50	11	20
12	12	0	12	0

Partes 12ᵉ Digitorum. ☉ ☽

fiunt: transitus tamen ad tot horas quot horarũ totiũ eclypsis tempus est/ differentiã excessus facit minime sensibilem/ quod autẽ lunaris latitudinis periodus ab Hipparcho demonstrata sine errore nõ sit: quoniã minor secundũ illas ratiões esse uidetur intermedius expositarũ eclypsiũ motus: maior autem quæ per cõputationẽ nostrã percipitur: ex eisdem rursus animaduertentes intelligemus. Nam cum ad huiusmodi demonstrationes duas lunaris eclypsis per. 7160. menses factas accepcrit: in quib9 quarta lunaris diametri pars in eodem/ ex ascendente nodo/ transitu defecit/ quatũ prima in secũdo Mardocempadi Anno. Altera in trigesimo septimo tertiæ (secũdũ Calippum) periodi fuit obseruata: accepit ad demonstrandã restitutionem ꝙ quidẽ secundũ latitudinem transitus æqualiter in utraq; cõtinet eclypsi: eo ꝙ prima facta fuerit cum luna esset in maxima/ secunda cum esset in minima epicycli lõgitudine/ & propterea putauit nullã ex inæqualitate accidisse differentiã. ℭ Sed in hoc ipso primũ errauit/ quoniam noti contẽnenda quidẽ differentia ex inæqualitate facta ẽ/ eo ꝙ medius motus non æqualiter maior q̃ uerus in utrisq; inueniatur eclypsibus: sed in prima per unũ gradũ proxime/ in secũda uero per octauã unius gradus partẽ: ut secundũ hoc latitudinis periodus ad integras restitutiones deficiat. 0. 52. 30. sexagesimis unius partis/ qualiũ est obliquus lunæ circulus. 360. Deinde nec differentiã (quæ propter distãtias lunæ obscurationũ magnitudinibus accidit) cõputasse inuenitur: quæ maxima in illis eclypsib9 fuit: Prima enim in maxima: secũda in minima lunæ distantia facta fuit. Necesse enim est eiusdẽ quartæ partis obscurationẽ ĩ prima quidem eclypsi a minore ascendentis distantia nodi accidisse/ in altera uero a maiore/ Quarũ distantiarũ differentiã unius gradus & quintæ ꝓxime partis colligi demõstrauimus: ut etiã hic per tantã differentiã latitudinis reuolutio post integras restitutiones excedat. Quãtũ igitur ad errorẽ ipsum pertinet/ duob9 proxime gradibus qui utrinq; colliguntur/ periodica latitudinis restitutio a ueritate aberrasset: Si forte utraq; ad minus aut ad maius differentiam collegissent/ uerum quoniam altera deficere restitutionem forte faciebat/ altera excedere/ unde fortassis etiam Hipparchus alteram altera compensauit/ sola tertia parte unius gradus: hoc est per excessum erroris utriusq;/ maior motus q̃ restitutio inuenitur.

ℭ Solariũ eclypsium computatio. Cap. X.

SED LVNARIVM quidem eclypsium consideratio modis expositis recte solũmodo cõputabitur: solariũ uero cõputationẽ quæ (ꝓpter diuersitates aspectus lunæ) difficilior est: sic faciem9. Primo enim quot ueræ coniunctionis tempus horis æqualibũs ante uel post meridiem erit inueniemus. Deinde si quærimus in alio climate idest in regione q̃ non sit sub alexandriæ meridiano additione subtractioneue differentiæ horarum æqualium quæ in duobus meridianis secundũ longitudinem sunt inueniemus/ quot horis æqualibus etiam ibi ante uel post meridiem ueræ coniunctionis tempus erit. Primũq; apparentis coniunctionis tempus in climate ubi quæritur æquabimus. Idem proxime futurum est cum medio eclipsis tempore: idq; faciemus uia & ratione/ quæ nobis iam (cum de diuersitatibus diceremus) exposita est. Nam cum ceperimus ex angulorum diuersitatũq; tabula cõnenienter tum climati tum horarũ a meridiano distãtiæ/ & preterea parti zodiaci ubi coniunctio fiet/ & ad hæc lunari distantiæ diuersitatum aspectus lunæ quæ primo fit in circulo per punctum uerticis & centrũ lunæ maximo descripto ab hac semper subtrahentes solarem diuersitatem in eodem uersu conscriptam discernemus a reliqua/ sicut demonstratũ est/ per angulũ qui inuenitur in sectione zodiaci & circuli maximi per punctum uerticis descripti: & quæ colligitur longitudinis/ solum diuersitas erit: cui semper addentes congruentem contẽtus ab ipsa æquinoctialibus temporibus super diuersitatis differẽtiam: hoc est ipsius excessus duarũ adiacentiũ diuersitatũ qui in eadem tabula inuenitur: diuersitatis dico distantiæ quæ est a puncto uerticis & illius quæ est cum æquinoctialium temporũ additione: quæ rursus diuersitati solis secundũ longitudinẽ conueniunt: cum tota eaq; parte/ si sensibilis sit: quota pars primæ diuersitatis ipsæ sunt tãdẽ partib9 totius

per

per longitudinem diuersitatis quæ ita colligentur. Duodecimã rursus partem suam pro solari motu addemus/& totũ collectum numerum in horas æquales per partitionem inæqualium quæ in ipsa coniunctione fiunt resoluemus/& si diuersitas secundum lõgitudinẽ ad successionẽ signorum fit. Iam enim demõstrauimus quomodo id ad discẽdũ est. ¶ Tũc partes quidẽ quæ in horas æquales fuerãt resolutæ/A uero lunæ loco (qui tẽpore cõiũctionis æquatus est) auferamus seorsũ a lõgitudinis & latitudinis atq; inæqualitatis/& sic habebimus ueros lunæ motus i tẽpore apparẽtis cõiũctionis. Ipsis aũt horis dicemus prius apparẽtẽ cõiunctionẽ q̃ ueram fore. ¶ Sin aũt diuersitas lõgitudinis ad præcedentia signorum fit. Tunc partes quidem e contra addemus motibus lunæ in ueræ cõiunctionis tempore æquatis. Longitudinis rursum & latitudinis & inæqualitatis seorsum. Horas uero habebimus quot apparens posterior erit q̃ uera. ¶ Rursus igitur per horas æquales quibus apparẽs cõiunctio distat a meridiano eisdẽ uiis/primũ quanta sit diuersitas lunæ (ad circulum qui maximus per punctũ uerticis & ipsam describitur) inuestigabimus. Subtrahemusq; a diuersitate inuenta solis diuersitatem/quæ ipsi eidem numero adiacet: & ab ea quæ relinquitur similiter ex angulo qui tũc in sectiõe circulorum iuenitur diuersitatẽ latitudinis quæ fit quasi i circulo qui ad rectos zodiaci ãgulos describitur/diligẽter capiemus/partesq; collectas ad cõgruẽtes obliquo circulo gradus in duodeci multiplicantes reducemus. Gradusq; collectos (si latitudinis diuersitas ad septẽtrionem circuli per mediũ sit cũ luna i eodẽ ascẽdẽte nodo iueniatur) addemus latitudinis motui quẽ in tẽpore apparẽtis cõiũctionis æquauimus/cũ uero iu descendẽte/similiter subtrahemus. Sin aũt diuersitas latitudinis ad meridiẽ zodiaci fiat ecõtra/quãdo luna est in ascẽdẽte nodo/tũc diuersitatis gradus subtrahemus a gradibus latitudinis æquatis in tẽpore apparẽtis cõiunctionis. Quãdo uero in descẽdẽti addemus similiter/& sic habebimus apparẽtis latitudinis nũerũ in tẽpore apparẽtis coniunctionis/& cũ hoc in tabula solariũ eclypsiũ intrabimus. Et si inter numeros primorum ordinũ iuuenitur/Solis eclypsim futurã afferemus/eiusq; mediũ tẽpus apparẽtis cõiunctionis proxime dicemus/deinde cõscriptis iam digitis & incidentiæ atq; repletionis partibus/quæ apparẽtis latitudinis numero in æqualitatis Lunæ qui est a maxima lõgitudine in tempore apparentis coniunctionis in tabulam æquationis/& adiacentes illi sexagesimas/quot quot sint/tot capientes a singulorum cõscriptorum excessu addemus semper his quas a prima tabula cæpimus/& factos ex hac æquatione digitos habebimus/quot duodecimarũ rursus solaris Diametri partium obscuratio in medio proxime tẽpore ipsius eclypsis erit/partibus autem utriusq; trãsitus/duodecima rursum earum parte pro solari motu addita/& facto idem numero ad horas æquales per inæqualem unius horæ/lunæ motum reducto: habebimus tam incidentiæ q̃ repletionis tempus. Quasi tamen in his temporibus nulla differentia propter diuersitates accidat. Sed quoniam inæqualitas quædam sensibilis in his temporibus/non inæqualitatis luminarium. Sed diuersitatum lunæ gratia per quam maiora etiam seorsum utraq; superius positis semper inueniuntur: & ut plurimum inter se inæqualia. Quãuis parua sit/diligenti tamen ipsam cura scrutabimur. Accidit igitur hoc propterea quod quasi præcedentium motuum quædam phãtasiæ. Si nihil proprie ad successionem moueri compræhendatur in apparente Lunæ motu semper gratia diuersitatũ fiãt. Nam siue ante meridianum moueri appareat paulatim ascendens minoremq; semper ad ortus diuersitatem faciens. Tardius ad successionem uidetur progredi: siue post meridianum moueatur descendens paulũ rursum maiorẽq; semper ad occasum diuersitatẽ faciens: tardiorẽ similiter ad successionẽ progressum facere uidetur. Cuius rei gratia prædicta tempora maiora semper sic quã simpliciter capta erunt. Cum autem maior semper differẽtia propter hos diuersitatũ excessus in propinquioribus meridiano motibus fiat: necesse est ut tẽpora quoq; eclypsiũ quæ meridiano magis propinquãt tardius transeant/hac de causa/quãdo medium eclypsis tẽpus in ipsa meridie inuenitur. Tũc solũmodo incidẽtiæ tẽpus repletionis tẽpore æquale proxime est/eũ ad utrãq; partẽ tũc præcedens diuersitatũ phantasia æqualis proxime fiat. Quando autem ante meridiem tunc repletionis tempus cum fit meridiano propinquius maius efficitur. ¶ Ut igitur hæc quoq; tempora cõgruẽtem æquationem suscipiant/considerandum est modo quo diximus tum tempus

¶ Et totum collectum numerum ex diuisione horarũ inæqualiũ (quæ in ipsa luminariũ coniunctione fiunt) per horas æquales diuidemus. Et si diuersitas in longitudine fuerit secundum successionẽ signorum iam demonstrauimus quo pacto negotiari oporteat.


utriusq; dictorum trāsituū quod ante hāc æquationē erit: Tum distantia a puncto uer/
ticis/quæ in medio eclypsis tēpore futura est. ¶ Sit uerbi gratia tempus utriusq; una
hora æqualis/& distantia a puncto uerticis graduum.75. quæremus igitur in diuersi
tatis tabula sexagesimas diuersitatis.75. gradibus adiacentes/Luna in maxima lon/
gitudine supposita. In qua distantia ex ordine tertio sexagesimæ sumuntur. Inueni
untur autem sexagesimæ.52. gradibus appositæ / & quoniam utrūq; tum incidētiæ
tum repletionis tempus mediæ perspectum unius æqualis horæ ac temporum quī/
decim supponitur: hæc si a.75. gradibus distantiæ subtraxerimus. Inueniuntur reli/
quis.60. gradibus sexagesimæ diuersitatis.47. in eodem ordine adiacere. Ita in me/
dio ad meridianum transitu.5. sexagesimarum progressus ex diuersitate colligitur.
¶ Rursus aūt hæc ipsa tempora.75. gradibus addētes inuenimus.90. collectis gra.
53.30. totius diuersitatis sexagesimas in eodē ordine adiacere/ut etiam hic progres/
suum motus ad horizontem.1.30. earūdem colligi pateat/& utrūq; rursus per inæq̄/
lem lunæ motum in partes æqualis horæ (ut dictū est) resoluētes: quæ ab utroq; nu/
mero pars colligitur congruenter addetur utriq; tēporum incidentiæ/atq; repletio/
nis/quæ medie atq; simpliciter capta fuerunt/maior quidem tēpori quod est ad me
ridianum/minor aūt tempori quod est ad horizontem / perspicuū autē est quod ex/
cessus etiā predictorum tēporū sexagesimarum est.3.30. hoc est pars nona proxime
unius æqualis horæ/dum medio motu tot sexagesimas luna pertransit/ relinquitur
autem ut facile æquales horas si uolumus in qualibet distantia in temporales con
gruenter resoluere modum inquiramus: quis nobis expositus in superioribus est.

¶ De inclinationibus quæ in eclypsibus fiunt. Cap. XI.

SEQVITVR modo ut inclinationes quoq; obseruationū considere/
mus. Quarū intelligentia cōstat ex intelligentia declinationis tum earū
dem obscurationum ad circulū qui per mediū signorū est: tum ipsius cir
culi qui per mediū est ad horizontem quoq; utrūq; in singulis tempori/
bus eclypsis maximam & incōprehēsibilem in transgressionibus facit mutationem/
siquis futuras per totum eclypsis tempus inclinatiōes in utili cura scrutari uoluerit.
Cum minuta hæc prædictio nec necessaria nec utilis sit. Nā cum zodiaci habitudo
ad horizontē ex locis punctorum zodiaci quæ in orizonte aut oriuntur aut occidūt
perspiciatur/necesse est quoniam cōtinue orientia & occidentia puncta zodiaci per
ortum in eclypsibus tempus mutentur. Sectiones quoq; horizontis quæ in eisdem
punctis fiunt diuersas fieri. Similiter cum etiam obscurationum inclinatio ad circu/
lum qui per medium signorum est/perspiciatur: in circulo qui per utraq; centra lu/
næ & umbræ aut solis maximus describitur. Necesse rursum est propter centri luna/
ris in eclypsis tempore motum/ut circulus quoq; qui per utraq; cētra describitur/aliū
atq; aliū semper sitū ad zodiacū accipiat/& angulos a sectione ipsorum continue fa
ctos inæquales faciat. Hæc igitur consideratio sufficienter fieri uidetur. Si solūmo/
do in his obscurationibus capiatur/quæ super signationem aliquā habēt: & uniuer
saliter eorum arcuū qui ad horizontem perspiciuntur. Possibile nāq; hinc erit illi q
passionem huiusmodi præ oculis ponit per utriusq; declinationis consideratione
oēs sub signatas declinatiōes ꝯricere. Ne igit̄ ꝑtermisisse penit⁹ hūc locū uideamur.
Modos quosdā q̄ facillimos poterimus ad hāc rē inueniēdā explanare conabimur.
¶ Accipiemus ergo super signatas dignasq; preditiōe esse tum obscurationē primi
deficientis/quæ in totius eclyptici tēporis principio fit. Tum extremi deficientis quæ
in principio moræ temporis fit/tum maximi deficientis quæ in medio tempore mo
ræ fit: tū eius quod primū repletur quæ ī fine totius moræ temporis fit: tū eius quod
extremum repletur/quæ in fine totius eclypsis tēporis fit. De inclinationibus autem
illas rursum probatas magis & signatius notatas accepimus/quæ a meridiano/& cir
culi qui per mediū est/ortu & occasu æquinoctialibus æstiuis hyemalibusq; constitu ¶ Horizontum siue 8. cir culorum descriptio in calce huius libri ānotata/hic enarratur a Ptolemæo.
untur. Nam eadem uentorum principia differenter sepe ad diuersos se habent pos/
suntq; (si quis ita uelit) ab expositis angulis horizontis facile percipi. ¶ De sectioni
bus igitur horizontis quæ a meridiano fiunt borealē quidem dicimus quæ septētrio

nalis est. Australem uero quæ meridionalis. De orientalibus uero atq; occidẽtalibus sectionibus horizõtis eas quidem quæ a principio libræ atq; arietis fiunt/quæq; semper per æqualem quartam partem ab illis distat. Quæ a meridiano fiũt: æquinoctialẽ & ortum/& occasum nominamus/eas uero quæ a principio Capricorni tam ortũ q̃ occasum brumalem. Sed cum his differẽtes distãtiæ per climata fiant/determinatio inclinationum sufficienter habetur: quando autẽ in aliquo dictorum terminorũ aut iter aliquos esse demõstratur. Vt igit̃ ĩ singulis zodiaci ad horizõtẽ habitudo habeatur: modo & uia quã incipientes docuimus distantias quæ in horizonte in ortu & occasu a principio singulorum signorum fiunt considerauimus. In utraq; parte sectionum quæ ab æquinoctiali fiunt/in singulis a Meroes climate usq; ad Boristenis. In quibus nobis etiam anguli expositi sunt/& ut facilius hæc pespiciantur loca tabulæ octo circulos in eodem centro descripsimus/quos in superficie horizõtis intelligi uolumus/qui septem climatum distantias & nomina continent/deinde duas rectas lineas per omnes circulos ad rectos inter se angulos. Alteram (quæ & lateralis est) quasi cõmunem sectionẽ superficiei horizontis & æquinoctialis. Alterã (quæ erecta est) cõmunẽ superficiẽ horizontis atq; meridiani sectionẽ ꝓtraximus ascripsimusq; in extremitatibus exterioris circuli ad lateralẽ quidẽ linea occasũ/& ortũ æquinoctialẽ/ad eã aũt quæ recta stat septẽtrionẽ atq; meridiẽ. Similiter ex utraq; æquinoctialis lineæ parte ꝑ æqualẽ ab ipsa distãtiã ꝑ oẽs circulos lineas deduximus & in septẽ circuloꝝ spatiis distantias horizõtis (quæ in singulis climatibus ab æquinoctiali inueniũtur) cõscripsimus: quasi quarta pars/graduũ sit. 90. In extremitate aũt circuloꝝ interiore ad meridiẽ q̃dẽ ortũ brumalẽ & occasum brumalẽ inscripsimus. ¶ Ad septẽtrionẽ uero æstiualẽ ortũ & æstiualẽ occasum. Sed ꝓpter signoꝝ numerũ inter quatuor spatia alias duas addidimus lineas & in his cõscriptoꝝ signoꝝ in horizõte ab æquinoctiali distãtias apposuimus: nominibus singuloꝝ ad circulũ exteriorem cõscriptis. Circa etiã meridianã lineã tũ parallelorũ noĩa & multitudinẽ horarũ: tũ eleuatiões poli signauimus. Borealissimosq; ĩ maioris cõtinẽtisq; circuli spatio posuim9.


¶ Verũ ut etiã obscurationũ apparẽtes (ad circulũ q ꝑ mediũ est) inclinationes expositas habeamus: hoc est angulos q a sectione zodiaci & circuli maximi per utraq; dicta cẽtra descripti in q̃libet super signatione fiũt computauimus. Inuenimusq; istos per singulos Lunæ transitus uno obscurationis digito differentes/solummodo tamen in eis/satis enim est quæ in media distantia fiant/& quasi arcus zodiaci & obliqui lunaris qui obscurationibus continentur paralleli ad sensum sint.



¶ Sit ergo rursus (grã exẽpli.) A. B. recta linea pro arcu zodiaci in qua solis uel umbræ centrũ. A. esse supponatur. Recta uero linea. G. D. E. sit pro arcu obliqui lunaris &. G. ubi cẽtrũ lunæ in medio eclypsis tẽpore reperiatur. D. uero ubi cẽtrũ eius sit qñ primo tota deficit aut primo repleri incipit: hoc est quãdo ab interiore parte umbræ circulũ tãgit. E. autẽ ubi cẽtrũ ipsius sit quãdo primũ deficere incipit aut extremum repleri/aut sol aut luna hoc est qñ circuli alter alterum deforis tangunt & protrahantur. A. G. & A. D. & A. E. lineæ q; igitur. B. A. G. & A. G. E. anguli (quibus mediũ eclypsis tẽpus cõtinetur) recti ad sensum sint/& q;. B. A. E. quidem angulus tum primũ deficiens tum ultimum quod repletur cõtinet. B. A. D. autem tum ultimum deficiens tum primũ quod repletur perspicuũ est. Hinc etiã patet q;. A. E. linea rursum semidiametros utrorũq; cõtinet circulorũ. A. D. uero excessum ipsarum. Supponatur igitur eclypsis (exẽpli gratia) ĩ qua in medio tẽpore medietas solaris diametri obscuretur & sit. A. centrum solis/ut. A. E. linea/quoniã media lõgitudo lunæ supponitur 32. 20. particularũ semper colligatur. A. G. uero medietate solaris diametri minor q̃ ipsa. 16. 40. earũdem/quoniã igitur qualiũ est. A. E. qua rectus angulus subtendit. 32 20. talium. A. G. in supposita obscurationis magnitudine. 16. 40. colligitur profecto qualium est. A. E. quæ rectũ angulum subtendit. 120. Talium etiam erit. A. G. 61. 51. & arcus suus talium. 62. 2. qualium est circulus qui triangulo. A. G. E. rectangulo circũscribitur. 360. Quare angulus quoq;. A. E. G. hoc ẽ angulus. B. A. E. taliũ erit. 62. 2. q̃lium duo recti sũt. 360. qualiũ uero quatuor recti sũt. 360. taliũ. 31. 1. ¶ Sed lunarium rursus eclypsiũ grã sit. A. umbræ cẽtrũ. Vt qñ media similiter lunæ lõgitudo supponit̃ earũdẽ semꝑ colligat̃. A. E. quidẽ linea. 60. A. D. uero. 26. 40. Similiter & defici

at luna per.18.digitorum transitum ut.A.G.linea rursus minor sitq;.A.D.medietate diametri & colligetur.10.0.earũdem/quoniam igitur.E.A.rectum angulum subtendens est.120.talium q;.A.G. fit.20.0.Et arcus suus talium.19.12.qualium est circulus qui triangulo.A.G.E.circũscribitur.360.erit profecto. A.E.G.quoq; angulus hoc est.B.A.E.talium.19.12.qualium duo recti sunt.360.qualium uero quatuor recti sunt.360.talium.9.36.similiter quoniam qualium est.A.D.qua rectus subtenditur.120.sitq; talium.A.G.45.& arcus suus talium.44.2.qualium est circulus qui.A.G.D.rectangulo circũscribitur.360.erit profecto etiam angulus.A.D.G.hoc est.B.A.D.talium.44.2.qualium duo recti sunt.360.qualiũ uero q̃tuor recti sũt.360.talium.22.1. ℂ Eodem modo in aliis quoq; digitis magnitudines minorum recto angulorum cæpimus prout rectus unus partium est.90.quot partium horizontis etiã pars quarta supponitur. Tabulamq; fecimus.22.uersuum & quatuor ordinum/quorum primum digitos diametri obscurationis/qui in medio eclypsis tempore inuenitur continebit. Alter angulos qui in solaribus fiunt eclypsibus tum in tempore primæ deficientis particulæ. Tum in tempore ultimi quæ repletur. Tertius angulos q in lunaribus eclypsibus fiunt. Tum in tempore primæ deficientis particulæ. Tum in tempore ultimæ quæ repletur. Quartus angulos qui rursum ĩ lunaribus eclypsibus fiunt. Tum in tempore ultimæ deficientis. Tum in tempore primæ quæ repletur.
ℂ Sunt autem tam tabulæ q̃ circulorum descriptiones istæ.

1º	2º		3º		4º	
Digiti	☉ Primi deficientis ⁊ ultimi q repletur		☽ Primę deficientis ⁊ ultimę q̃ repletur		☽ Ultimi deficientis ⁊ primi q repletur	
0	90	0	90	0	0	0
1	66	50	72	30	0	0
2	56	59	65	10	0	0
3	49	16	59	27	0	0
4	42	36	54	27	0	0
5	36	35	50	14	0	0
6	31	1	46	15	0	0
7	25	46	42	31	0	0
8	20	44	39	2	0	0
9	15	51	35	42	0	0
10	11	6	32	29	0	0
11	6	25	29	23	0	0
12	1	42	26	23	90	0
13	0	0	23	28	63	27
14	0	0	20	36	52	24
15	0	0	17	48	43	26
16	0	0	15	1	35	41
17	0	0	12	18	28	38
18	0	0	9	36	22	1
19	0	0	6	55	15	43
20	0	0	4	15	9	36
21	0	0	1	36	3	35
Digiti	Principium eclypsis ⁊ finis impletionis		Principium eclypsis ⁊ finis impletionis		finis ☽ eclypsis ⁊ principiũ impletionis	


meridies
climata
Per borystené
p medium pontu
p helespontum
p rhodum
p inferiore egyptu
p siene
p merocm
septentrio
H. M.
G. M.
subsolanus
eurus
caecias
boreas
Ortus
Occasus

ℭ Inquisitio inclinationum. Ca. XIII.

CVM IGITVR singulaꝝ expositanũ sup̃ signationũ æquata modo quo diximus tēpora & a tēporibus oriētes/occidētesq; circuli (q̃ p̃ mediũ signoꝝ ē) ptes: & ex descriptiõe positiões ipsaꝝ in horizõte habeamus: q̃ñq̃ dē cētrũ lunæ aut apparēs ut ī solaribus eclypsib9/aut uerũ ut ī lunaribus ī ipso circulo q̃ p̃ mediũ signoꝝ est. Inclinationē q̃dē in prima solis deficiente pticula/& ī ultima lunæ tũ deficiēte tũ repleri desinēte habebimus ab ipso situ occidētis tũc ptis in horizõte. Inclinationē uero quæ ē ī ultima solis q̃ replet̃: & in lunæ prima deficiēte: & prima q̃ replet̃ ab ipsius tũc horizõtis. Quũ aũt lunæ cētrũ nõ est ī circulo p̃ mediũ. Capiemus ex tabula cõueniētes multitudini digitoꝝ appositos angulorꝝ numeros: p̃ciemusq; ipsos a cõmunibus horizõtis & circuli q̃ p̃ mediũ ē sectionibus. Si cētrũ lunæ ipso borealius est in p̃ria deficiēte solis: & ī ultima deficiēte lunæ tãq̃ occidētalis sectio/ad septētrionē fit. In ultima uero solis quæ replet̃ & prima similiter lunæ tãq̃ oriētalis sectio ad septētrionē fit. Et rursus in p̃ria deficiēte lunæ tãq̃ oriētalis sectio ad meridiē fit. In ultima uero lunæ q̃ replet̃ tãq̃ occidentalis ad meridiē fit. Si uero lunæ cētrũ Australius fit circulo q̃ p̃ mediũ signoꝝ est. In p̃ria deficiēte solis & in ultima deficiēte lunæ tanq̃ occidētalis sectio ad meridiē fit. In ultima uero solis quæ replet̃ & in prima lunæ quæ repletur tanq̃ ad meridiem orientalis fit: & uisum in prima deficiente lunæ tanq̃ ad septētrionē orientalis sectio fit. In ultima uero lunæ quæ repletur tanq̃ ad septētrionē occidētalis fit. Et partem horizontis ex hac directione constituta habebimus quo uniuersalius ut diximus luminarium partes quæ primas & ultimas eclypsium atq; repletionum signationes recipiunt inclinationem facturæ sunt.

INCIPIT LIBER. VII. PTOLEMAEI MAGNAE COMPOSITIONIS.

ℭ Quod stellæ nõ erraticæ semper eũdē inter se situm seruant. Cap. I.

QVONIAM in sup̃ioribus tã rectæ q̃ de diuis sphæræ accidētibus/& ad hæc de rationibus motuũ solis ac lunæ aspectibusq; ipsoꝝ q̃ ex motibus perspiciũt̃ tractatũ est. Incipiamus nunc de stellis cõsequēter differere: & primũ de iis quæ nõ erraticæ uocãtur. Ante omnia igit̃ illud dicēdum ꝙ nomē hoc recte sibi cõuenit. Vt nõ erraticæ appellent̃: ꝓpterea ꝙ ipsæ stellæ tum lineationes figurasq; similes tum æquales inter se distãtias cõseruare semper cernũt̃. Quod uero sphæra ipsarũ tota ubi q̃si fixæ circũferũtur ad successionē signoꝝ/atq; ad primi mobilis ortũ ꝓpriũ quēdã ordinatũq; ꝓgressum facere uidetur: nõ est incõueniēs hãc quoq; sphærã nõ erraticã uocari. Inuenimus enim ita se utrũq; istaꝝ hēre ex apparētibus/quæ tãto tēpore cernũtur. Hipparcus etiã ab his quæ tunc habebat suspitionē utriusq; ipsoꝝ habuit: ut de maiori tēpore coniecerit/magis quã affirmauerit: paucas enim admodũ ante ipsum habitas fixarum obseruatiões inuenit: solasq; ferme quas Aristyllus & Thimocharis cõscripserũt: quæ parũ explanatæ nec nõ ambiguæ sunt: Nos aũt apparētia nũc ad illa cõferētes idem penitus īuenimus. Affirmareq; hoc ideo audemus quod lõgioris tēporis cõsideratio nostra est. Et Hipparchi de nõ erraticis scriptæ obseruatiões ad quas maxime nostras cõtulimus explanatissime cõscriptæ sunt/ꝙ igitur nulla mutatio usq; ad præsens situs ipsarum inter se ipsas facta est. Sed eedem penitus etiã nũc figuræ ac lineæ ipsarũ cernũtur quæ tempore Hipparchi fuerant obseruatæ/nec solũ earum quæ in zodiaco sunt inter se ipsas aut earũ quæ extra zodiacum ad similes stellas sunt: quod certe accideret si solæ s̃m primam suppositionē Hipparchi quæ ī ipso zodiaco sunt ad successionē signoꝝ ꝓgrederēt̃. Sed oĩum simplr̃ ēt quæ ī zodiaco sũt/ad eas quæ lõge ab ipso distãt facile unusquisq; itelliget. Si multũ & sepe ueritatē inq̃reret/apparētia nũc priscis ꝯuenir̃ uidebit. Sed ut lõge inq̃sitiõis labor absit/paucas obseruatiões ab illo conscriptas quas & intellectu faciles putamus: & totã ab eis cõparationē ante oculos poni arbitramur breuiter exponemus: propterea ꝙ eosdē aspectus & lineationes cõseruari ab iis q̃ extra zodia

cum sunt/tam inter se q̃ ad eas quæ sunt in zodiaco aperte ostēdūt. ¶ Describit igi/
tur de stellis quæ in cancro sunt/stellā quæ in australi forfice cancri est/& quæ ipsam
præcedit/& quæ caput hydri splendida præcedit. Et splendidā earū quæ in canicula
sunt/oēs has pertractam proxime lineā esse sitas. Media enim ipsarū mutatur linea
extremitatū recta & ad septētrionē & ad ortū per digitū unū cū medio. Et interstitia
inter ipsas æqualia esse. ¶ De stellis uero quatuor quæ in Leone sunt/duas ait quæ
in capite ipsius. Et ad ortū sunt:& quæ est in ipsa colli (cū alio corpore) coniunctiōe/
has tres per rectam lineā esse:& rursus ꝙ linea quæ ꝑ leonis cauda & eā stellā quæ i
extremitate ursinæ caudæ ad occasum est intercipit eā quæ splēdida sub cauda ursæ
est ꝑ digitū unū. Et similiter ꝙ linea quæ per eā/quæ est sub cauda ursina/& per cau/
dā leonis trāsit/coniungit illos qui præcanis stellas ꝓcedunt. De eis uero quæ in uir/
gine sunt/ait ꝙ inter borealē uirginis pedē & pedē dextrū Bootæ/duæ sunt quarum
australis & splēdida quæ pedi booti similis est a linea quæ ꝑ pedes est parum ad or/
tus mutatur. Borealis aūt & semisplēdida in recta similiter cū pedibus est:& ꝙ semi
splēdidā de duab9 istis duæ splēdidæ antecedūt. Triāgulū duū æqliū laterū cū semi/
splēdida faciētes/cuius triāguli uertex est ipsa semisplēdida. Et has ait ad rectā lineā
esse tum cum Acturo tum cum Australi uirginis pede. ¶ Et rursus inter spicam &
secūdā ait ab extremitate caudæ in hydro tres ad rectā lineā sitas esse/quarū mediā
in recta ad spicam linea esse/& ad secundam ab extremitate caudæ hydri similiter.
¶ De illis uero quæ in Libra sunt:dicit eam quæ proxime in recta linea est ad splen
didas forficalium & ad septētrionē splendidā esse atq; triplicē/nam in utraq; inquit
eius parte parua una collocata est. ¶ De iis aūt quæ in scorpione sunt/& per illā (q̃
in dextro genu ophiuchi est) æqualiter diuidi spatiū quod interiacet inter duas ꝓce
dētes quæ i dextro pede ophiuchi sunt:& ꝙ qntus atq; septimus splēdidus/in recta
linea sunt ad splēdidā illā quæ in thurribulo medio est. Et rursus ꝙ borealior illis q̃
sunt in basi thurribuli in recta proxime linea:tum ad qntū sphondilū:tum ad illam
quæ in thurribulo medio est inter ipsas interiacet:æqualiter fere distans ab utraq;.
¶ De iis aūt (q̃ i Sagittario sunt) scribit ꝙ in circulo sub sagittario ad ortū atq; me
ridiem duæ sitæ sunt:per tres fere cubitos inter seipsas distātes. Quarū Australior ful
gētior etiā est/& ꝙ quæ in pede sagittarii est in recta ꝓxime linea est ad mediā trium
in circulo splendidarū & ad ortū in eodem maxime positarū & ad ultimā illarum q̃
sunt in quadrilatera figura ex oppositis angulis splendidæ/& ꝙ duo inter ipsas spa/
tia æqualia sunt. Et ꝙ borealis ipsarum ab hac quidem linea ad ortū mutatur. Re/
ctam uero facit ad fulgentes quæ sunt in quadrilatera figura in oppositis angulis.
¶ De iis aūt quæ sunt in Aquario (ait) duas contiguas quæ in equi capite sunt. Ad
sequentē Aquarii humerū in recta ꝓxime linea esse:cui lineæ illā æqdistare quæ est
a præcedēte Aquarii humero ad stellā quæ in equi maxima collocata est. ¶ Et rur/
sus præcedētē Aquarii humerū & splendidam de duabus quæ in collo equi sunt:&
quæ in umbillico ipsius est/in recta linea esse/& spatia inter eas æqualia/& insuper li
neā/ait quæ per equi rectū/& per eam quæ ad ortū quatuor illaꝝ est/quæ in situ illo
sunt æqualiter/& ad rectos ꝓxime angulos secari a linea/quæ est ꝑ duas cōtiguas q̃ i
equi capite collocātur. ¶ De iis uero quæ sunt in piscibus narrat stellā quæ in rictu
piscis australis/& in rictu equi/& splēdidā in humeris eius/& splēdidā in pectore in
recta linea esse. ¶ De iis aūt quæ in Ariete sunt dicit ꝙ stella quæ basim triāguli ꝓce
dit uno digito ad ortū/mutatē a recta linea ducta ꝑ stellam quæ est in rictu Arietis/&
stellā quæ est in sinistro Andromedæ pede:& rursus ꝙ stellæ quæ sunt in capite Arie
tis præcedēs. Et medietas basis triāguli in recta linea sunt. ¶ De iis aūt quæ in Tau/
ro sunt (ait) stellas succularū quæ ad ortū sunt/& stellā pelliculæ quā i manu sinistra
Orion habet quæ de foris est a meridie numerata in recta linea esse/& ꝙ linea recta ꝑ
antecedētē Tauri oculū & ꝑ septimā a meridie earū quæ in pellicula sunt splendidā
succularū ad septētrionē ꝑ unū digitū intercipit. ¶ De iis postremo quæ in geminis
sunt (ait) ꝙ in recta ad capita geminoꝝ linea. Stella qdē est distās a sequēti capite/tri
plū eius spatii quod inter capita est/eadē (inquit) in recta etiā est ad australiores qua/
tuor quæ in nebula collocātur. Hoꝝ similiumq; figurarū ac lineationū quæ per totā
maxime sphærā inter se cōferunt/nullā ad hunc usq; diem mutationē factā esse ui/

Post.260.annos

demus/quod sensibiliter ad modum cerneretur iam post ducētos & sexaginta fere
annos. Si solæ quæ i zodiaco sitæ sunt ad ortū ꝑgrederētur. ¶ Verū ut etiā posterio
res a pluribus similibusq; figuris ac lineationibus ꝑ maiora quoq; tēpora inuestiga/
tionē facere possint/addemus illarū aliquas quæ a nobis obseruatæ adhuc usq; con/
scriptæ nō sunt: easq; maxime quæ facilius cōspiciūtur. ¶ Faciemusq; initiū ab arie
te. ¶ Stellaꝝ igit̃ trīū q̄ in capite Arietis sunt borealiores duæ & splēdida q̄ i genu
ꝑsei est/& quæ capra uocat̃ in recta inter se linea sunt. ¶ Rursus linea quæ ꝑ caprā
& splēdidā succularū trāsit paulum ad ortum eā intercipit/quæ in præcedenti pede
aurigæ est. Capra uero & cōmunis inter sequētē aurigæ pedē & extremitatē borealis
Tauri cornu/& quæ in præcedēte orionis humero est: in recta linea sunt. ¶ Rursus
splēdidæ quæ sunt in capitibus Geminoꝝ. Et splendida quæ in collo hydri ē: i recta
linea sunt. ¶ Similiter duæ quæ cōtiguæ in anteriore Vrsæ sunt pede: & quæ in ex/
tremitate borealis forficis Cancri est/& borealior de Asinis i recta linea sunt. Ad hæc

Asinus australis

Australis Asinus/& splendida quæ in canicula est/& quæ inter eas sita fulget caputq;
hydri antecedit in recta linea sunt. ¶ Rursus linea quæ recte a splēdidis quæ sunt i
medio collo Leonis ad illā ducitur quæ splendida in hydro est: paulū ad ortus inter
cipit eam quæ in corde Leonis est: & Linea quæ ducitur a splendida quæ in lumbis
Leonis est ad splendidā quæ in posteriore est Vrsæ crure quæ est Australis secundi la
teris quadrilateræ figuræ paulū ad occasum intercipit duas cōtiguas quæ sunt in ex/
tremitate sequentis pedis Vrsæ. ¶ Præterea linea quæ producitur a stella quæ est in
posteriore Virginis crure ad secūdā ab extremitate caudæ hydræ paulum ad occasus
spicā intercipit/& quæ a spica ꝑmittitur ad stellā quæ in capite Bootæ paulū ad or/
tus arcturū intercipit. ¶ Spica rursus & quæ in alis corui locātur in recta linea sunt.
Spica insuper & quæ est in posteriore Virginis crure & borealis ac splēdida de tribus
q̄ sunt in antecedēte tibia bootæ in recta linea sūt. ¶ Splēdidæ quoq; i forcipibus li
bræ sitæ/& quæ in extremitate caudæ hydri locatur in recta ꝓxime sunt. ¶ Splendi
da quoq; in Australi forfice sita & arcturus/& media de tribus q̄ sunt in cauda Vrsæ
maioris in recta linea sūt. ¶ Splēdida similiter in boreali forfice sita/& arcturus q̄ in
posteriore crure ursæ est in recta linea sunt. ¶ Insuper quæ in tibia Ophiuchi sequē
te & quæ in quinto Scorpionis spōdili est: & ꝓcedens de duabus quæ locātur in spi/
culo ipsius in recta linea sunt. ¶ Præcedēs uero de tribus quæ sunt in corpore Scor/
pii & duæ in genibus Ophiuchi sitæ æqualiū duū laterū triāgulū faciūt. Cuius uer/
tex est ꝓcedens de tribus in pectore sitis. ¶ Præterea q̄ in anteriore australiq; talo Sa
gittarii locat̃/secūdæ magnitudinis & quæ sita est in spiculo/& q̄ ē in sequēte genu
Ophiuchi in recta linea sūt. Adhuc q̄ in genu eiusdē pedis Sagittarii est/Coronæ pro
pinqua/& q̄ in spiculo/& q̄ i antecedente genu Ophiuchi est/i recta linea sunt. linea
uero q̄ a stella splendida in lyra collocata ad illam ducitur q̄ in cornibus Capricorni
est paululum ad ortus splendidam stellam intercipit quæ in aquila est. ¶ Lineaq; a
stella fulgente in Aquila sita ad stellam primæ magnitudinis in ore Australis piscis
locata producitur æqualiter proxime diuidit spatium quod inter duas splendidas i
cauda Capricorni sita est. ¶ Linea insuper quæ protrahitur a stella primæ magnitu/
dinis quæ est in ore Piscis ad stellam in rictu equi sitam paulum ad ortus splendidā
illam intercipit quæ in sequenti humero Aquarii collocatur. ¶ Ad hæc omnia quæ
sunt in buccis duorum australium piscium & ꝓcedentes ex collocatis in quadrilate/
ra equi figura i recta linea sunt ¶ Has figurationes si quis constellationis solidæ Hip
parchi sphæræ illisq; lineationibus accōmodet/easdem proxime fuisse īueniet/quæ
tunc obseruatæ sitæq; iu sphæra/& modo conscriptæ sunt.

¶ Q. d̄ nō Erratiaꝝ etiā sphæra/motu quodā ad successionē signoꝝ ꝑgredit̃. Ca. II

Sphæra .8. mouetur ad succes/
sionem signorum utpote ab
occasu in ortum in .100. annis
uno gradu.

QVOD IGITVR unus & idem respectus iter se motusq; omnium
stellaꝝ simpliciter fit/quæ nō erraticæ uocātur. Ab his & similibus ꝑspi/
cuū ē. Quod aūt sphæra etiā istarū ꝓpriū habeat motū ad cōtraria primi
motus/hoc ē ad successionē circuli q ꝑ utrosq; polos ē/tū æqnoctialis/tū
eius q maximus ꝑ mediū signoꝝ describit̃. Inde maxime patet/q ipsæ stellæ nō ea/

dem ſpatia olim & noſtris temporibus ad ſolſtitialia & æquinoctialia puncta cõſeruant: ſed ſemꝑ in poſteriori tẽpore maiore ſpacio ad ſucceſſionẽ eorundẽ ſignorum diſtare inueniuntur. Nam & hipparcus in tractatu de tranſgreſſione ſolſtitialiũ æquinoctialiumq; punctorũ: lunaribus propoſitis eclypſibus partĩ ĩ ætate ſua obſeruatis partĩ multo prius a Thimocaride/colligit ſpicã ſtellã in temporibus quidẽ ſuis ſex gradibus ab autumnali puncto ad precedẽtia remotiorem fuiſſe/in temporib⁹ uero Thimocharidis octo gradibus proxime: ſic enim concludens ait Spica ergo autũnale punctũ octo gradibus prius ſecundũ longitudinẽ ſignorum precedebat: nunc uero ſex gradib⁹ ꝓcedit: tãto etiã ferme ſpatio in cæteris erraticis quas cõtulit ad ſucceſſionẽ ſignorꝫ motas fuiſſe oſtẽdit: & nos ꝙ modo ſunt ſpatia nõ erraticarũ ad ſolſtitialia & æquinoctialia pũcta cõferẽtes/ad illa ꝙ obſuata cõſcriptaq; ab Hipparcho fuerũt. Inuenimus ꝓportionalr̃ illas ad ſucceſſionẽ eẽ ꝓgreſſas: rimati autẽ hoc ſum⁹ ꝑ organũ ad obſeruationes ꝑticulariũ diſtãtiarꝫ lunæ a ſole nobis ꝑparatũ hoc modo. ¶ Alterꝫ aſtrolabii circulũ ad motũ lunæ in hora obſeruatiõis apparẽter habitũ conſtituimus: alterũ ad ſtellã ꝙ ꝓſpiciebat̃ huc & illuc remouẽtes accõmodauimus. Vt ſimul & luna & ſtella in ſuo loco ꝓſpicerẽtur. Et ſic a diſtantia uſq; ad lunam ſingularꝫ fulgentium ſtellarũ locos accepim⁹ ſic exẽpli gratia. ¶ Secũdo Antonini anno pharmothi. Die nono/ſole in alexãdria occidente: & ultima tauri parte in medii cæli angulo collocata/hoc eſt poſt meridiẽ dieí nonæ horis. 5. 30. apparentem lunã diſtetiſſe a ſole tribus gradibus piſcium: perſpecto partibus. 92. 7. 30. & poſt mediam horam poſt ſolis iã occaſum quarta parte geminorum in medio cæli conſtituta/luna quæ apparenter in eodem ſitu perſpecta/ſtellam quæ in corde leonis eſt ꝑ alterũ aſtrolabii circulũ perſpiciebamus diſtare ad ſucceſſionẽ a luna in circulo per mediũ ſignorꝫ gradib⁹. 57. 10. ſed ſol primum (ſecũdũ uerꝫ ei⁹ motũ) gradus. 3. 3. ꝓxime obtinebat/quare luna quoq; (qm̃ apparẽter. 92. 7. 30. gra. ad ſequẽtia diſtabat ab ipſo) gradus geminorꝫ. 5. ꝓxime obtinebat: quot certe ſecũdũ cõputationes nr̃as obtinere debebat: in media aũt hora. 15. ſexageſimis ꝓxime luna fuit ꝓgreſſa diuerſitatẽq; habuit ad ꝓcedẽtia ꝓter primũ ſitũ. 5. ſexageſimarꝫ ꝓxime: quare poſt mediã horã luna fuit apparẽter in gradib⁹ geminorꝫ. 5. 20. ſtella igit̃ etiã quæ eſt in corde leonis: qm̃ 57. 10. gradibus apparebat ad ſequẽtia: ab ipſa diſtare. 2. 30. gradib⁹ leonis obtinebat: & ab eſtiuali ſolſtitio. 32. 30. gradibus diſtabat. ¶ Sed in. 50. anno/tertiæ ſecũdũ calippũ periodi (ut Hipparchus ſcribit obſeruaſſe) diſtabat ab eodẽ ſolſtitiali pũcto ad ſucceſſionẽ rurſus gra. 29. 50. Mota fuit ergo ſtella quæ ĩ corde leonis ẽ ad ſucceſſionẽ circuli ꝑ mediũ ſignorꝫ gradib⁹. 2. 40. cũ a tẽporib⁹ obſeruationis Hipparchi uſq; ad principatũ Antonini: ĩ quo maxime plurimos nõ erraticarꝫ ꝓgreſſus ſtellarũ nos obſeruauimus. 265. Anni ferme colligunt̃: ut ex iſtis: unius gradus ad ſucceſſionẽ ꝓgreſſus: in. 100. ꝓxime annis factus fuiſſe inueniat̃/ſicut etiã Hipparchus ſuſpicatus fuiſſe uidet̃: ſic enim in tractatu de magnitudine anni ſcribit: ¶ Si enĩ inquit ꝓpter hanc cauſam ſolſtitia & æquinoctia ad precedentia ſignorum non minus per annũ ꝙ centeſimam unius gradus partem mouerent̃. In. 300. certe annis non minus ꝙ ꝑ tres gradus trangreſſa fuiſſent: in eodem modo ſpicã: & ſplendidiſſimas zodiaci ſtellas a luna ꝓſpeximus: deinde facilius per has ipſas cæterarũ quoq; locos ſic inuenimus. Vt & ſpatia eadem proxime ſeruari cõperiamus: quæ ab Hipparcho fuerũt obſeruata: & a ſolſtitialibus & æquinoctialibus punctis. 2. 40. proxime gradibus ꝓgreſſas (ultra ꝙ Hipparchus cõſcripſerit) ad ſucceſſionem inueniamus.

¶ Quod in polis circuli: qui per medium ſignorum eſt: ad ſucceſſionem non erraticarum ſtellarum ſphæra mouetur. Cap. III.

QVOD IGITVR NON erraticarum ſtellarum ſphera tantũ proxime progreſſum ad ſucceſſionem circuli per medium ſignorum facit perſpicuum factum eſt: cum autem querendus nũc modus progreſſionis ipſarꝫ ſit/hoc eſt utrũ in polis æquinoctialis an zodiaci ꝑficiat̃: manifeſtũ id qdẽ fiat: & ex ipſo ſm̃ longitudinẽ ꝓgreſſu qm̃ circuli q maximi ꝑ polos alteri⁹ dictorꝫ deſcribũt̃ ĩæquales ab altero arcus ĩtercipiũt: niſi oĩo ꝑuus ꝑ lõgitudinẽ

motus in tanto tempore fiat:ac ideo differentia(quæ propter dictam causam emer/
git)insensibilis fit:maxime igitur id intelligetur per latitudinis ipsarum progressũ:
nam in polis illius certe circuli/sphera ipsarum mouetur ad quem eandem distãtiã
latitudinis seruare semper cernuntur. ¶ Hipparcus etiam ad zodiaci polos fieri hũc
motum consensisse uidetur. Nam in tractatu de solstitialiũ & æquinoctialium pun
ctorum transgressu ab obseruationibus Thimocharidis & suis collegit spicam non
ad æquinoctialem:sed ad circulũ qui per medium signorum est magnitudinem di
stantiæ secundũ latitudinem conseruasse:ac duobus gradibus:& prius & posteriꝰ au
straliorem ipso fuisse:propterea in tractatu de magnitudine anni supponit in zodia
ci polis hunc motum fieri:Ambigebat tamen(ut asserit)quoniã nec obseruationes
Timocharidos tempore factas certas putabat:ꝗ simpliciter nimiũ captæ fuerint:nec
tempus qđ interea fluxit ad perfectã rei huius intelligẽtiã sufficiebat. Nos aũt id ma
ioris tpis obseruationibꝰ ita inuenientes/idq; in oĩbus fere nõ erraticis:motũ earũ in
zodiaci polis fieri affirmamus/spacia enim ad zodiacũ sua/ secũdũ latitudinem ob/
seruantes/sicut in circulo qui maximus per polos eius describiť eadẽ ferme illis in/
uenimus:quæ ab hiparcho conscripta collectaq; sunt uel minimã differẽtiã:& quã
tũ in ipsis obseruationibꝰ quisq; posset errare:ad æquinoctialẽ uero hæc(sicut in cir
culo qui maximus per polos eius describitur)spatia obseruantes:nec q̃ ipsi cõprehẽ
dimus/scriptis Hipparchi cõuenire inuenimus. Nec Hipparchi scripta priscis obserua
tionibus:sed ex oĩbus istis eadẽ latitudo ad circulũ qui per mediũ signoꝝ ẽ reperiť:
Sẽpq; borealiores magis ab æquinoctiali oẽs inueniunť:quæ sunt in semispherio
a brumali solstitio ꝑ uernale pũctũ usq; ad estiuale solstitiũ/Australiores aũt quæ in
opposito sunt/ita ut quæ punctis æquinoctialibꝰ appropinquant in maioribus sint
differẽtiis. Quæ uero solstitialibꝰ in minoribus/tantisq; fere quãtũ in proportionali
secundũ longitudinẽ progressu:succedẽtes zodiaci gradus borealiores aut australio
res q̃ æquinoctialis efficiuntur. ¶ Verũ ut paucis intellectu facilioribus hoc pateat/
exponemus ex utraq; dictorũ semispheriorũ parte cõscripta ipsarũ/secundũ latitudi
nẽ/ab æquinoctiali spatia/sicut in circulo q maximus ꝑ polos eiꝰ describiť/tã secun
dum Thimocharidos & Hipparchi traditiones/q̃ secũdũ nr̃as obseruatiões ¶ Splẽ
didã igiť q̃ in aquila ẽ Thimocharis describit æqnoctiali borealiorẽ gradibꝰ.5.48.
fuisse/Hipparchus quoq; similiter. Nos autẽ inuenimꝰ gra.5.50. ¶ Media uero Ver
giliarum Thimocharis.14.30.gradibus æqnoctiali borealiorẽ fuisse asserit: Hippar/
cus.15.30.nos autẽ.16.15. ¶ Succulaꝝ autẽ fulgentẽ Thimocharis borealiorẽ æqno/
ctiali fuisse gra.8.45.Hipparchus.9.45.Nos autẽ ꝑtibꝰ.11. ¶ Fulgẽtissimã in auriga
q̃ capra uocať.40.gra.Aristillus cõscripsit/Hipparchus.40.24.Nos uero.41.10.bo/
realiorẽ æqnoctiali obseruauimus. ¶ Stellã q̃ in ꝑcedẽte orionis humero ẽ Thimo
charis.1.12.Hipparchus.1.48.cõscripsit Nos.2.30.æquinoctiali borealiorẽ ĩuenimꝰ.
¶ Eã uero quæ in sequente orionis humero est Thimocharis.3.50.gra. Hipparcus
4.20.Nos.5.15.æquinoctiali borealiorẽ inuenimus. ¶ Splẽdidã q̃ in canis ore col/
locať Thimocharis.16.20.gradibus australiorẽ æquinoctiali conscripsit: Hipparcus
16.Nos.15.45.inuenimus. ¶ Præcedentẽ autẽ earũ fulgẽtiũ quæ in capitibus gemi/
noꝝ sitæ sunt Aristillus.33.gradibus borealiorẽ fuisse æquinoctiali asserit:Hipparcus
33.10.Nos.33.24.inuenimus. ¶ Sequentem uero ipsarum Aristillus cõscripsit.30.
gra.æquinoctiali borealiorẽ:Hipparcus totidem similiter. Nos.30.10.inuenimus.
¶ Haꝝ igiť omnium in motu latitudinis in altero dictoꝝ semispherio(quod æq/
noctiũ uernale cõtinet)cõprehensaꝝ:posteriores ad æqnoctialẽ secundũ latitudinẽ
respectus borealiores priorib9 semꝑ inuenimus:parũ quidẽ eaꝝ quæ sunt ꝓpe tropi/
ca pũcta:sed illaꝝ multo magis quæ iuxta æqnoctialia pũcta sunt/quod seqť ex ꝓ/
gressu ad successionẽ circuli qui per polos zodiaci ẽ:semꝑ enĩ succedẽtes istiꝰ semicir
culi portiones borealiores ꝑcedẽtibꝰ fiunt. Maioribusq; in drĩis illæ portiones sunt q̃
iuxta æqnoctialia pũcta cõperiunť:q̃ uero iuxta solstitialia in breuioribꝰ. ¶ In op/
posito ẽt semispherio stellã quæ in corde leonis est. Thimocharis scribit borealiorẽ
Thimocharis æqnoctiali fuisse gradibꝰ.21.20.Hipparcus.20.40.Nos uero ĩuenimus.19.50. ¶ Spi
Aristillus cam Thimocharis.1.24.Hipparcus.0.36.solũmodo.Nos.30.uniꝰ gradus sexagesi/
mis æqnoctiali australiorẽ iuenimꝰ. ¶ Aristillus de tribꝰ quæ sunt in maioris Vrsæ

